NArrauit mihi Ioãnes corbitius :quanta me beniuolentia complecteris:& q̃ de me nõ modo amice:ſed etiam honorifice es locutus. Addiditq; te ꝓpediẽ effecturũ:ut uel Venetiis uel patauii q̃ honeſtiſſime eſſe poſſẽ:quare nõ eſſe opus:ut libros ſibi meos ad me darẽ: cum apud uos ſim q̃ honorificentiſſime futurus.Beniuolentia tua mihi certius nihil eſt. Itaq; mirandum non eſt: ſi
XXXI de me ſẽper amice atq; honorifice & ſentis:& loqueris. Tibiq; habeo gratiaz.q; das operã & priuatim & publice:ut oẽs intelligant me tibi eſſe cariſſimum. De meo autem ad uos reditu nihil eſt hoc tempore: quod labores.Ea enim mihi apud bononienſes cõditio eſt:ut hinc honeſte abire non liceat. Noſti tu ſane iampridẽ meum ingenium:q̃ pluris facio quod honeſtum eſt:q̃ quod utile.Itaq; rogo te q̃ poſſum diligentius:ut & libros & cæteras res meas cures ire ad me q̃primum.Hoc mihi facere gratius hoc tempore nihil profecto potes. Vale.ex Bononia kal.iunlis.Mcccc xxviii.

¶ Franciſcus philelphus Gaſparino bergomenſi.S.D.

GAleatius Mediolanenſis aulicus ducalis me adiit tuo nomine.atq; ſaluere iuſſit: petiitq; te facerẽ certiorem:quo in ſtatu eẽm:quippe qui id a me intelligere cuperes. Ago gras tuæ hũanitatiq; tã beniuole mecũ agis.Faciſq; nihil alienũ a ſingulari meo erga te aio.Quod ãt ſcire de me cupiebas:iccirco paucis oſtendi:ꝙ is galeatius tum me primũ adiuit:cũ iam eẽt equum aſcenſurus.Ego in italiam redii eo conſilio:ut Venetiis apud Veteres amicos uitam agerem.Exiſtimabamq; mihi honeſtiſſimã ꝓpo-

fitam esse fortuñam: sed mea me plurimū fefellit opinio. Nam longe illic eram deteriore futurus conditiõe q̃ pro pactis promissisq; deberetur. Itaq; cæpi ex tẽpore consilium. Meq; Bononiam recepi. Qua in urbe & amplissima & bonarum omnium artium studiis munitissima honesta omnia secũdaq; sunt. Id quod ex optimis filiis tuis ioanne Augustino atq; Guiniforto cognoscere potuisti. Ex quib⁹ ipsis ego de omni re atq; statu tuo certior factus sum. Tibiq; plurimū gratulor: q; apud eum es principem: quo hæc ætas nihil hẽt neq; illustrius neq; præstantius. Vale. ex Bononia pridie Idus iunias. Mcccccxxviii. XXXI

¶ Franciscus philelphus Ambrosio monacho Camaldulensi. S.D.

QVod me nõdum uisum tanta humanitate prosequeris: ut iam nõ modo diligere: sed amare etiã uidearis habeo tibi gratiam equidem singularem. Es enim ingenio & facili & perbenigno. Quas ãt mihi laudes tribuis: eas ascribo bonitati & mansuetudini tuæ. Non enim is certe sum: quẽ tanti facere debeas. Itaq; non possum te non existimare ingenti uirtute prædituꝫ: qui ea de me prædices: quæ esse oportet in eruditissimo eloquentissimoq; & sapientissimo quodam uiro ac plane tali: qualem te iam binis litteris perspicue esse dignosco. Faciat deus ut aliquando: quod tantopere desideras: una eẽ possumus quo mutuo conspectu iucundissimoq; affatu uti liceat. Ad cætera uero quæ scribis: commodius dabitur respondendi tempus. Nam in præsentia publicæ occupationes me longiorem tecum esse non sinunt. Vale. ex bononia. iii. kalendas Iulias. Mcccccxxviii. XXXII

¶ Franciscus philelphus Antonio Capanorensi. S.D

RAtionem quam petis: dedi ad te. Miror autem tam repente ea de re apud tuos rumores increbuisse. Quod autem lætaris nomen nostrum iam late per italiam in oium ore uersari: ne me irrideas: uereor. Nõ enim is sum: qui mei ipsius sim nescius. itaq; tibi cauẽdũ ẽ: ne aut me. aut te ipsu; fallas: quorum alterum iniusticiæ: alterũ ascriberetur imprudentiæ. Nec præterea te latet rumorib⁹ credi non oportere. Ego autem quantum anniti potero: dabo operam ne secundi istiusmodi rumores falsi omnino extitisse uideantur. Vale. ex Bononia nonis Iuliis. Mcccccxxviii. XXXIII

¶ Franciscus philelphus Victorino Feltrensi. S.D.

ARistotelis artem ad Theodecten quod antea te monui: ex Constantinopoli dedi ad utrum clarissimum Franciscum barbarum eo consilio: ut eas tibi reddendas curaret. Quod ab illo factum non esse miror: itaq; uelim: ad eum litteras des: atq; libros repetas: quos si minus q̃primum ad te miserit: tunc ego iusta utar expostulatione. Quod de meo statu uis certior fieri. nos hic ualemus perbene. Suntq; nobis secunda omnia: id quod indies magis fortunet deus. Vale. ex bononia. iii. Kal. Augustas. Mcccccxxviii. XXXIV

¶ Franciscus philelphus Bartolomæo fracanzano. S.D.

TRiplicem esse uitam hoibus præcipue expetendam præstantissimi philosophi tradiderũt. Cõtemplationis: Actionis: fruitionis. Contemplatiua tota ẽ animi: cuius sapiẽtia dux est. Actiua corpi maxime opitulatur: quam prudentia moderatur: & regit. Quæ uero in fruendo uersat: eam referunt ad uoluptatẽ: q̃ ipsa qualis sit: difficile est dictu. Et ne id quidẽ mirũ: habet. n. magnos oppugnatores. Nam q ita statuit uoluptatẽ: ut nihil habeat cũ rõne cõiunctũ: is ab eneruata pecude nihil differt. sed quæ uoluptas est secundum honestatem: hanc non multo ea puto inferiorem si recte uelimus interpretari: quæ uera uoluptas & christiana. Est enim posita & constituta in ea animi securitate tranqllitateq; in qua nulli insunt stimuli: nulli tumultuarii motus: nullæ perturbationes. Et hanc quidem græci. ἀλυπιαν. alypian nominant: quam nos haud absurdæ appellamus indolẽtiam. At sunt: qui insimulent uoluptatem eẽ solius corporis ac turpem: quasi cum dicimus tuæ mihi litteræ uoluptatem incredibilem attulerunt: nõ animum lætari dicamus: sed corpus: & id turpiter. Excedat e medio istiusmodi omnis calumniosa interpretatio: & ad animum enim & ad corpus refertur uoluptas: Nec aliam id uerbum significationem apud nos habet: quam ἡδονη. hedone habeat apud græcos. Hedone enim & animi ẽ & corporis: potestq; honesta & turpis esse secundum aut rationis aut temeritatis usum. Præterea æque inter animi bona uoluptatem reponit Aristoteles ac prudẽtiã & uirtutẽ. Nec sane uero: ut mihi uidet: insimulant epicurum: quem uoluptariũ ac lasciuũ dicunt: cũ illũ & temperantem uirũ fuisse cõstat & eruditũ & grauem. Cuiq; præter crebriora mordacioraq; cauilla: qbus in cæteros philosophos utebat: aliud arbitror obfuisse nihil: Cæterum cõstat eum uirũ nõ de corporis: sed de ai uoluptate & sensisse & disseruisse. Sed ut epicurũ reliquosq; illi⁹ pristinæ antiqtatis philosophos: qbus uerus deus oio erat ignotus: omittamus: ego eã arbitror laudabilẽ uoluptatem & maxime expetendã: q̃ ex intelligentia ueritatis: & ex actione totius honestæ uitæ conflatur. Veritatem uero in iis reb⁹ sitã existimo: q̃ sunt icõmutabiles & eternæ. Quid ãt aliud sit huiusmõi pter unũ & imortalẽ deum: haud quaq̃ intelligo. Actiões uero ad ueritatis itelligentiã ita iudico oportet accõmodari: ut sciamus eas ois ad imperiũ sapientiæ esse referẽdas. Saptẽtia. n. sola est ea: q̃ tanq̃ regina quædã & imperatrix seq; ipsa cõtẽta quõ rerũ istarũ inferiorũ & tẽporaliũ cura oi soluta in sempiterni ac supremi illius boni lucẽ & intendat & figat intutũ: cæteris morũ uirtutibus prudentiã præficit: quæ præbito: is instar p singulas actiões singulis pro suo cuiusq; officio faciunda tribuat. Moralis igitur uirtutes ois ad prudẽtiã referamus: oportet: quæ rõnis ẽ uirtus: at prudẽtiæ sapiẽtia dominat: quæ tota est intellectus. Qui ãt ita uexerit: qui hũc negat i sũma uolptate uersari ac plane fœlicẽ & beatũ eẽ: is mihi nõ stultus modo: seu fatuus & isanus uidetur existimãdus. Quid n. huic obesse q̃at: quo minus semp sit cõpos sui: & nõ mõ nulli seruiat turpitudini: sz honesta sp & cogitet: & loquat & faciat? Gratulor igit mi Fracãzane tuis laudatissimis uitæ istitutis: q te ita cõtẽplatiue uiuẽdi regulæ dicatis: ut ab assiduæ actõis morũq; uirtutibus nũq̃ abhorreas: qn potius unus sis: q æq̃ oibus prosis & XXXV Philosophus moralis

cõsilio & ope atq; ipsi tibi: tãq; tibi uoluptatẽ cẽseas eẽ maxi mã: si bõitatis tuæ pticipes ois efficias q̃ se hoies eẽ q̃ pecudes maluerit. Quos ego de te rumores cũ audio: audio ãt quotidie: ita lætor p nra uetere bẽuolẽtia: ut p lætitia uidear alt⁹ attolli atq; exiliri. Quid aũt futurũ putes si deſ unq; ut una eſſe poſſim⁹? Id uero cũ hoc tẽpore nobis ſit itercluſũ: tuæ erit uel hũanitatis uel officii: ut uiciſſitudine litterarũ tollat ois corporũ diiunctio. Hoc erit utriq; noſtrũ nõ minus facile q̃ iucundũ. Vale. ex Bononia Kal. Auguſtis. Mcccccxxviii.

¶ Franciſcus philelphus Ioanni Auriſpæ. S. D

XXXVI

ANtonius Capanorenſis: q̃ a principe Lucenſi oratorit ad Venetos ẽ mihi ab ipſa adoleſcẽtia cõiunctus tãta familiaritate: ut uix mihi eius cõſuetudine ſit dulcius q̃q̃. Nã & p atuii ante meam nauigationẽ in Thraciã fuimus cũ diſcipuli & ea ẽ urbãitate mor ũq; elegantia: ut uel ipſos lapides exercitate queat in amorẽ ſui: Nã q̃d loquar de p̃ſtãti hois ingenio & facũdia: quid d liberalitate & animi gratitudine. Dignus eſt profecto quem ames: quod ſi feceris egregiæ: me nõ mediocri abſte beneficio affectũ iudicabo. Vale. ex Bononia pridie Nonas Auguſtas. Mcccccxxviii.

¶ Franciſcus philolphus Nicolao fabæ philoſopho ac medico. S. D.

XXXVII

PRidie Idus Maias unas ad te litteras dedi q̃bus ad id reſponderã: q̃d ex me q̃ſieras de Ariſtotelis textu i phœmio primi libri æthicorũ ad Nicomachũ filiũ circa pricipiũ. Quæſieras. n. ſit ne i textu græco: ideo bene oſtẽderũt ſũmũ bonũ: q̃d oia appetũt: an poti⁹ bonũ eẽ: q̃d oia appetũt. Ipſe ãt reſpõdiſſe memini neq; ſũmũ iueniri apd græcos id q̃d fœlicitatẽ p iductionẽ ſignificaret: nec itẽ eẽ q̃d ipſũ uerbũ: quãdã p̃ferre uideret uel definitiõis uel deſcriptionis ſpeciẽ. Multaq; i eã rẽ ſũ locut⁹: q̃ tibi audio p̃bari: utpote q̃ a philoſophiæ p̃ceptis nõ abhorrẽt: At ego ſane cupiebã te diſſerẽtẽ audire: q̃d ea de re ſẽtires. in p̃ſentia uero poſſeaq; admiſiſſe te aiaduerto: q̃ p id tpis ſcripta ab me ſũt illa ad te epiſtola: aperte loquat: ut textus ille apud græcos habet: dicit. n. Ideo pulchrre oſtẽderũt bonũ q̃d oia appetũt. Noſti. n. finẽ & bonũ iuicẽ cõuerti. Quare cũ p̃poſuiſſet oẽm artẽ & oẽm ſciẽtiã eodẽq; modo & actionẽ & electionẽ bonũ quoddã appetere: ex iis cõcluſionẽ quãdã inducit ſupioris philoſophos pulchre oſtẽdiſſe uel ẽt afiſſe maſſe: aut ſtatuiſſe poti⁹ bonũ: ſcilicet illud: q̃d oia appetũt: nõ. n. rõne ſolũ: ſed ẽt ut naturæ oia ferũf a l finẽ ſuũ. Hãc aũt propriã eſſe ac uerã Ariſtotelis ſententiã patet alio loco: cũ in ſecũdo magnorũ æthicorũ libro de uoluptate loquẽs: quã ipſam bonũ eſſe uult: ita ſcriptũ reliquit ad uerbũ: p̃pterea uideret uidelicet uoluptas eẽ bonũ: q̃d hanc oia appetũt. Ex q̃bus q̃dẽ uerbis haud obſcure patet: Ariſtotele; intellexiſſe de bono rei ſenſitiuæ quod nõ cadit neq; in ignem: neq; in lapidẽ: neq; i aliud quicq̃: quod ſenſu careat. Sed hac de re alias. Habes tu ſane: & qualis ſit apud græcos Ariſtotelis textus: & quo pacto intelligi oporteat. Nã reliqua tu pro ſingulari tua eruditione & ingenii magnitudine: ſũmaq; prudentia ſi uniuerſum Ariſtotelis prohœmium diligenter cõſyderare uolueris: diluci de perſpicies: inuenies enim multiplicibus finibus unum tandẽ offerri finem ad quẽ cæteri oẽs ſint referendi. Vale. Bononiæ ex ædibus nſris nonis Auguſtis. Mcccccxxviii.

¶ Franciſcus philelphus Pallanti Strozæ equiti aurato. S. D.

XXXVIII

BOnonienſis huius reipublicæ ſtatus q̃bus p̃cellis agitari ſit aſſuetus p̃ximis diebus: & quãtũ iaz ipẽdeat naufragiũ: qa noui ñ eẽ obſcuꝝ tibi: illd dũtaxat ſignificabo: rẽ oẽm eẽ penes cãnetulos Alterius factiõis princeps magna ex pte uitæ magiſq; decoro cõſulẽtes: urbez deſeruerẽt alii alio ſe recipientes Nicolaus Tholentinas. quẽ ſub fœderib⁹ interpaciſcẽdũ cãnetuli cũ magna cõitatoꝝ manu ductu Lodouici ſeuerinatis clã adorti: ingẽti detrimẽto affecerãt: Immolã fugiẽs contendit: ubi etiã eſſe in hãc diẽ cũ reliquiis exercitus narrat. Ioãnes eius filius: q a pfe datus Bononienſibus obſes fuerat neq; d tranſeuntes milites aut iniuriæ: aut maleficii: in Bononienſi agro inferrẽt: poſt has ppetratas inſidias i carcerẽ eſt cõiectus. Hic oia tumultuaria ſunt atq; turbulẽta. Cardinalis harelatẽſis Lodouicus q in hac urbe pro martino pontifice Maximo legatũ geſſerat: erepta ſuppellectili pcioſiſſima & maxima amiſſiſq; bonis omnibus: hinc abire permiſſus eſt: uel expulſus potius. Quæ futura ſint ipe cõiectato. Quare ſequi inſtituti adhortationem & conſilium de me tuum. Haud. n. debes eſſe oblitus: quæ mecũ nuper locutus es: cum hac iter faciens ex Brixiana obſidione: uel deditione potius in patriam reuertiſti. Si honeſta mihi apud uos conditio propoſita fuerit: iſtuc ibo. Vale. ex Bononia. iii. Kalen. Septembris. Mcccccxxviii.

¶ Franciſcus Philelphus Ioanni auriſpæ. S. D.

XXXIX

SVnt hic oia pcellæ tẽpeſtatumq; pleniſſima ob hanc reipu. ab eccleſiaſtica dictiõe defectionem Deus bene uertat. Bononienſes ipſi de ſe uiderint. Ego mihi atq; rebus meis oio cõſulere conſtitui. Nõ. n. tutũ eſt muſis iter gladios ſiccaſq; uerſari: iã ciuili cruore mandet oia. Nullus hic otio⁹ nullus paci relictus ẽ locus in tantis diſcordiarũ ſeditionũq; fluctibus. Itaq; florentiam petã: neceſſe ẽ. Nec ſum oblitus cõſilii tui. Sed neceſſitati parẽdũ ẽ. Tu ſi q̃d melius hẽs: oſtẽde. Vale. ex Bononia tdibus ſeptembribus. Mcccccxxvii. ¶ Franciſcus philelphus pallanti Strozæ equiti aurato. S. D.

XL

QVod ſapiẽtis dicto illo admõemur: quoniã tẽpus cognoſcẽdũ eſt admittere coginur cõditionẽ q̃ offertur: p̃ſertim cũ ſubdideris fore: ut i p̃ximũ annũ plus mihi ſalarii detur. Quare quos trecẽtos aureos mihi recipis in hũc ãnũ noie tuæ florentiſſimæ reip. ita mihi datũ iri uolo: ut ſine quotidianis moleſtiis ſi mihi ſuis tẽporibus numerentẽ. Exiſtimo tibi cõſuetudinẽ meã nõ eſſe ignotam modo fœnerari nõ didici ſed ne parcus q̃dẽ eẽ: Haud. n. cõſueui unq; ſeruire nũmis: ſed iis poti⁹ uti p ſeruis. Veꝝ hæc tu p tua benignitate q̃ amiciſſime curabis. Ego me interim accingã itineri. Vale. ex bononia. xiii. Kal. octobres. Mcccccxxviii. ¶ Franciſcus philelphus Nicolao nicolo. S. D.

QVod ad conſtitutũ diẽ florẽtiæ me nõ uideris: aliud nihil fuit in cã q̃ inopia mulionũ. Nam ſine mulis: q̃b⁹ & libri & reliq; ſupellex quã ab uſq; Cõſtãtinopoli in italiã aduexi mecũ: iſtuc cõuecha

tur:pedẽ hic mouere minime decreui.itaq; si hoc laboris p tua hũanitate capesseris:rẽ mihi facies nõ min⁹ gratam:q̃ necessariã.Mulis mihi sex opus ẽ.Quod ptiũ p cõuectione pepigeris:liberrime præstabo.Quæ mihi Cosmi medicis nomine polliceris:& audio libenter:& ut ei me cõmendes:te rogo. Ambrosium Monachum ut meis uerbis saluere iubeas:a te peto. Vale.ex Bononia.pridie kal.octobres.Mccccxxviii. XLI

¶ Franciscus philelphus Bartholomæo fracanzano.S.D. XLII

QVeris qd ego de uirginitate sentiã:cum sint nõnulli:q eã uirtutẽ eẽ negent.Nõ.n.tẽperantiæ eẽ speciẽ nec ullũ eius extremũ:qd inter parũ nimisq; uersat:sed cõtrariũ prorsus.Rẽ sane q̃ris non paruam neq; cõtenendã:ut q cælibatũ cõiugio ptuleris:nã quã in multebri sexu uirginitatẽ dicimus:eã i uirili nõ uirginitatẽ:sed cælibatũ prisci uocãt:cupias p tua in me singulari beniuolentiã tuã aĩ grauẽ pbatissimãq; sniam meis ẽt aliqbus rõnibus cõfirmari.itaq; altius mihi repetẽdũ ẽ: quo nõ ueritati minus satisfaciã:q̃ tibi homini amicissimi & optimo.Omniũ primũ hoc nobis ꝓpositũ esse uolo ita cõiugiũ uirginitati subiici:ut parẽ numeꝝ impari.Quæcũq; paria in arca Noe fuata sũt aialia: ea immũda fuisse qs ambigat Et unus ẽ deus:& numero deus impare gaudet.Vt igr impar numer⁹ mũdus ẽ ita paria oĩa immũdiciæ sũt obnoxia.Quod ẽt idẽ poeta Vir.Platõe Pythagoricosq; secut⁹ cũ minime ignorasset:faeit i.vi.æne.lib.Deiphœbũ talia locutũ.Ne sæui magna sacerdos discedã.explebo numerũ.reddarq; tenebris.Respondet Iquã Deiphœbus turbatæ Sybille:ne ob pscientiã cõfabulationẽq; suã irascat:q̃ continuo discedet:numerũq; diminuet:iparẽ.s.& ternariũ.Nõ.n.huiusmõi uumerus cõueniebat apud mantes: qbus ẽt dũ uano gẽtiũ more sacrificaret:nõ ipari:sed pari numero aræ dicabant duæ.Nã diis superis impares poni mos fuerat.Versabat.n.supstitiosa illa gẽtilitas i eo quoq; errore:ut & bonos quos uocabat:& malos deos uenerãdos opinaret:alteros qdẽ:ut eẽnt ꝓfuturi:malos ãt:ne nocerẽt. Nõne idẽ Maro platonicus quidã Pythagoricusq; poeta in ai quoq; partione ternario ipariq; numero usus ẽ.Quid.n.cũ ait Celsa sedet æolus arce sceptra tenẽs.Mollitq; aios & rẽperat iras:aliud sẽsisse arbitremur poetã prudẽtissimũ:quã ai rationẽ:cuius sedẽ in cerebro tãq; in arce eẽ uoluit:eiusq; & cupiditates & iras in carcere q̃si quadã intra pcordia ieiunãq; relegatas æoli sceptro:hoc ẽ rõnis impio molliẽdas tẽperãdasq; subiecit.illã qdem imparis numeri cõclusione pfectã esse:duas partis reliquas imperfectas. Totum autem in se numerum & imparem eẽ eundẽq; perfectum? Sed quid poetarum:quid philosophorum:qd gentilitatis illius uane utimur testimoniis:Vnde hauriamus aut locupletius:aut uerius argumentum:q̃ ab eo ꝛ quod & solum & semper est: & idem per se subsistit. Vna est diuina eademq; substantia.Hac in tribus æqualiter absoluteq; psonis ineſſe & apte dicim⁹ & indubitato credimus.Nã q̃q̃ deus:q infinitus ẽ:nullo numero capi potest:numerũ tñ nõ aspernat: in eo enim quod tris esse dicimus:in esse numerũ qs negarit? Quod si eũ cõsiderare uoluerimus:q sit tres:numeꝝ non esse inueniamus.Nec sane mihi uideor ignorare eos numeros:qui ad seipsos recurrunt in suis partibus illis:qua in sũmam redactæ fuerint pfectos dici solitos:& eos rursum dici impfectos: quorũ istiusmodi ptes: ubi simul ducant:nequeunt eosdẽ:implere numeros:quoꝝ ipsi sunt partes.Nã quoꝝ numeroꝝ partes etiã excedere reperiuntur:tum abundantis:tum plusq̃ pfectos nominari manifestum est.at qui in numero terna tio:ob quẽ ipsum quoq; Aristoteles diuinã sanctificationẽ ueneratiõẽq; introductã esse testatur: eaꝫ uideo ineſſe perfectionẽ:qd nulla ẽ parte mãcus:sed plane totus:quippe qui & principium habet:& medium: & finem. Ac ne in re perspicua uideri uoluisse:ut iuuenis:arguor insimuler:num ulla paris in trinitate:an i paris numeri rõne utimur: At uos oĩs numerorũ paritas:ad unius eius:quod cuiusq; numeri & principiũ est & causa:refert imparitatẽ:ita quæq; pariũ pfectio ipsius in paris pfectioni subiecta ẽ:ut agenti patiens. Ex quo fit:ut pfectio coniugii.quod aut in remediũ incontinentiæ aut ad procreandos liberos est inuentum & constitutũ:lẽge sit inferior perfectione uirginitatis & cælibatus:quæ ipsa sua quadam ui naturaq; laudatur:eoq; pluris ducitur.quod nõ præcepti ui cogit:sed offertur ultro.Et matrimonio quidẽ crescit:ac multiplicatur hominum genus:terraq; repletur. Virginitatis aũt & cælibat⁹ bono chorus quasi quidã angelicus augetur cælũq; repletur.itaq; tibi mi fracãzane nõ possum nõ gratulari:qui militare Christi & uirginale sagulũ cõugali ociosæq; togæ sæculi prætulisti:qui humanũ omnem fulgorem ne minima quidẽ corruscatiõis scintilla cũ splendore cælestis gloriæ conferendum existimaris. Induisti te inquã Bartholomeæ mi dilectissime Christi ueste:& ea quidẽ ueste:quæ unius est imparisq; numeri.Hanc ut incorruptam puramq; tueare:te nõ solum hortor:sed etiam rogo: Verum decepisti Philelphum tuum quẽ olim religiõem diui Benedicti inire cupientem:cum Venetiis ageret:anteq̃ in Thraciã nauigaret:ne id faceret:hortatus est: cum diceres frustra me tã longũ studiũ suscepisse:si ætatẽ oẽm in tẽplo diui Georgii cognomento maioris orãdo contererem. Nec tũ accuso iudicium tuum.Ita enim uisum ẽ immortali deo.Itaq; ut tua tu: ita ego mea sorte contentus sum:quo ipse mihi faueas apud superos:ego autem apud homines tibi.Hoc enim pacto cum omnia amicis cõmunia sint:& cæli uterq; & terræ gloriam consequemur.Sed tu eo es fœlicior iudicandus:quod uirtute quadam heroica clarus eris.Nam ego satis sim habiturus:si coniugii lauder apud homines.Quod autẽ scire uis:quot ego in præsentia ætatis sum annos natus:accipe breuibus.Ago ætatis ãnũ trigesimũ:qppe: q natus sim anno a Christi natali die trecẽtesimo nonagesimo octauo supra annum millesimum: & id qdem ad octauam kal.Augustas.de hac urbis conditione nihil est:quod ad te scribam. Agitantur enim omnia p cellis ac fluctibus: Nec multum a naufragio absumus. Vale.ex Bononia nonis decembris.Mccccxxviii. Natus 1398

¶ Franciscus phi. Andreæ cõstãtinopolitão theologo ordis ꝓdicatoꝝ ac rhodioꝝ archiepo.S.D.

Itteras tuas ex urbe Roma cum libenter uidi:tum lectitaui q̃ iucundissime.Erant.n. nõ grauissimæ solum:sed etiam locupletissimæ testes singularis tuæ erga me caritatis.Quod ãt me hortaris:istuc ut q̃primũ ueniã:id mihi hoc tẽpore neq̃q̃ est integrũ.Nã florentinis obstrictus sũ in an-

num docendi munus. Nec mihi quicq̃ duco honorabilius fide. Quã si paterer meo alīquo emolumẽto ifir
XLIII mã fieri: rumores quos increbuisse clarissimos de me scribis apud ſũmũ põtificẽ: leuissimos reddere ẽ ac mẽdacis. Verũ cũ p studii uacationez dabit: ibo in urbẽ Romã: & qđ me mones: q̃ diligẽtissime tuebor. Quã do autem hinc mihi mouẽdũ sit: nõ satis scio. Dominicus. n. Capranicanus qui electus firmanus p Martino ſũmo põtifice legatus apostolicus maximus uiribus urbẽ obsidet: oppugnatq̃ cõstantissime: nondũ mihi concedere uoluit tuti itineris litteras. Quid ãt in cã sit: ignoro. Tu iterea temporis. Vale. & qđ ad tempus is i Thraciã Rhodũue soluturus: me tuis litteris certiorẽ facito. Ex bononia. Idibus decemb. Mccccxxviii.

¶ Franciscus philelphus Thomæ Sarzanensi. S. D.

XLIV QVam mihi uerbis reuerẽdissimi Cardinalis tui imo nri cõditionẽ ꝓponis apud nobilissimũ istũ munificẽtissimũq̃ pricipẽ Nicolaũ æstensem: & si putilis ẽ atq̃ honorifica: eã admittere nequaq̃ possum. Sum enim florentinis obligatus annuo docẽdi munere: & id quidem ornatissime. Ita q̃ immortalis gratias ueli agas noie meo isti humanissimo patri: cui me si diligentissime cõmẽdaris: rem facies amicitia nostra admodum dignam. Vale. ex Bononia. xiiii. Kal. Ianuarias. Mccccxxviii.

¶ Franciscus philelphus Bartholomæo fracanzano. S. D.

QVo frequẽtiores eunt ad me litteræ tuæ: eo maiore afficior uoluptate. in iis. n. lectitandis uideor & esse & loqui tecũ. Qđ aũt mirari te dicis a me uoluptatẽ laudari: cũ a Cicerone in q̃stiõibus tuscu
XLV lanis & in libris de finibus bonorũ & malorũ apprime uituperet: nihil ẽ opus: ut mireris. Nã qđ ci-
De Voluptate cero in aliis repræhẽdit: i hoc ipse pæpe peccat. Litigat. n. de uerbo: rẽ negligit q̃q̃ ne de uerbo q̃dẽ recte sẽtit. Nã qđ uoluptas nõ ois sit turpis: imo sæpe ẽt honestissima cũ alia plæraq̃ eius scripta: tũ epistolaꝝ libri ifinitis i locis liqdo declarãt. Præterea si bonũ ẽ scdm Aristotelẽ: qđ oia appetũt: nũ minus oia quæ sensu mouẽt: natura appetũt uoluptatẽ? Quod ãt ẽ scdm naturã: nũ id bonũ nõ sit? Ná de ai uoluptate: q̃ ab honestis actiõibus pficiscit: quæq̃ ex cotẽplatiõe ueritatis & dei capit maxia: nõ eã quisq̃ neget ee bonũ & maximũ quidẽ bonũ? At referti sũt grauissimorũ philosophoꝝ libri: Aristotelisq̃ i primis subtilissimis & firmissimis quæstiõibus: quibus & probatur prudentissime: & laudatur egregie uoluptas: Qua de ipsa pluribus ad te scriberem: si essem otiosus: Sed cui esse otii quicq̃ possit iter arma beliorumq̃ fragores: At qui dabitur tempus: ut spero: quo & tibi satisfaciam & alios nonnullos istiusmodi iprudentia una mecum liberabo Nunc ignosce breuitati meæ. Vale. ex Bononia pridie Kalen Ianuarias. Mccccxxviii.

¶ Franciscus philelphus Thomæ sarzanensi. S. D.

XLVI EGo mi Thoma dilectissime sum Florẽtinæ reip. iam obstrictus annuo munere. Itaq̃ aliã nullaꝝ cõditionẽ possũ amplecti. Quid. n. dedecorosius: q̃ uel esse: uel hẽri leuẽ: Nã fidẽ minus seruare hois ẽ nõ iusti solũ: sed ipii. At scio nõ mõ reuerẽdissimus pater cardinalis tuus id ab me factuꝝ iri nollet: ſꝫ nec ẽt tu q speculũ es imagoq̃ & pbitatis: & grauitatis. Vale. ex Bononia pridie Kal. Ianuarias. Mccccxxviii. ¶ Franciscus philelphus Ioanni aurispæ. S. D.

XLVII DAmnas tu aurispa cõsiliũ meũ: qđ noli eã cõditionẽ admittere: quã humanissim⁹ cardinalis bononiẽsis Nicolaus uir sanctissimus mihi ꝓponit: scribisq̃ futuꝝ: ut me pœniteat mei instituti si maluero Florentinus: q̃ magnanio isti principi Nicolao marchioni gratificari. Addisq̃ ut mihi ante oculos ponã & Manuelẽ nostrũ chrisoloram doctissimoꝝ utroꝝ oium huius tẽpestatis principẽ: dum uixit: & alios nõnullos eruditos ac disertos hoies: quoꝝ nemo diutius potuit agere florentiæ propter uarias quorũdã insidias: quorũ inuidẽtia terra cælũq̃ uexat. At ego tibi paucis respõdeo. Et oium primũ maximas tibi & ago: & habeo gratias: qđ amicissime cõsulis rebus meis: sed qđ faciundũ suades. Nuꝝ ut alicuius utilitatis gratia: qđ honestũ ẽ negligã: An es oblitus nihil apud me minus habere põderis: q̃ rei pecuniariæ rationẽ. Fidẽ dedi reip. florentinæ: quã certe inuiolate cõstanterq̃ seruabo. Nec ulla patiar utilitatis specie meæ initia hæc iuuentæ cuiusq̃ leuitatis nomine accusari. Inuidẽtium ãt morsus animi grauitate atq̃ magnitudine me facile uitaturum spero. Quod si minus mihi diu licuerit: operam dabo: ut aliorum id culpa factum iudicetur: non mea. Vale. ex bononia Kalen. Ianuarias. Mccccxxviii.

¶ Franciscus philelphus Leonardo arretino. S. D.

XLVIII NVlla ego in culpa sum Leonarde arretine: qđ ad cõstitutũ tẽpus ad uos nõ ierim. Scis. n. urbẽ hanc nõ obsideri modo ab ecclesiasticis uiribus: sed die noctuq̃ acerrime oppugnari. Hi prio q reipu. præsunt: mihi abeũdi nullã dabãt facultatem. Qui ubi ab me multis fatigati tuꝝ præcib⁹: tũ ẽt quãdoq̃ cõuitiis expostulationibusq̃ eã cessere: tum legatus apostolicus q Martini põtificis maximi ulcem in castris gerit: Dominicus capranicãus tuti itineris litteras petenti mihi nullo pacto i hãc diem tribuit. Itaq̃ haud scio: qd ipse sum facturus. Versor pfecto in maximis ai curis. Nec qd cõfilii capturus sim: noui. Nisi fortasse mihi iucundũ putes aspectũ quottidianũ gladioꝝ ac sæuiciæ: cũ aliis laqueis gulæ frangũt: alii obtrũcãt alii scidunt i ptes: alii defodiũt: alii trucidãt. Quid plurib⁹. Oia hũano cruore madẽt. Iure ne: an i iuria: nõ ẽ meũ iudicare. Nã i ciuitate factiõibus seditiõibusq̃ ardẽti nihil ẽ tã iustũ: tã ipiũ: qđ minus deꝫ & pietati & iustitiæ. Hac in re unũ remediũ dari posse intelligo: ut publicis uestræ reip. litteris cõtendat ab hoc legato apostolico: ut me ad uos libere ac tuto ire patiat. Tuũ igit fuerit id q̃ primũ curare. Quod si feceris: ore certo intelligo: ut propediẽ istic mutuo colloquio & quottidiana cõsuetudie nobis inuicẽ uti liceat. Vale decus litterarũ & eloquentiæ: meq̃ ut facis: ama: ex Bononia. Idibus Februariis. Mccccxxix.

¶ Franciscus philelphus Gabrieli mauro. S. D.

NIhil mihi fuit iucũdius tuis litteris Gabriel mi carissime: quibus homanitatẽ tuã ac morũ suauitatẽ bonitatẽq̃ ingenii ita repræsentas: ut te corã aspicere: alloq̃: & cõplecti uidear. nõ possum mihi non

lætari:qđ studiis olim meis ac lucubrationibus ĩ adoleſcẽte inſtituẽdo:id me uideã cõſecutũ:ut florẽtiſſimus ſenatus tuus talẽ ſit uiꝝ te habiturus:q & ápliſſimæ patriæ futurus ſis ornamẽto:& amicis adminiculo at ꝙ uoluptati. Incũbe igit̃ p uiribus:teꝙ áplificãdæ gloriæ totũ dede. Nõ multos hiturus eſt nobiliſſimus ſenatus tuus ſimilis tui. Noui acrimoniã ingenii tui:noui magnitudinẽ ai:noui cõſilium:noui ꝓbitatẽ. Nihil hẽt tua reſp. te uno cõrinẽtius:nihil moderatius:nihil ad oẽs ꝓclaras actiones:aut ſplẽdidius: aut ſtrenuum magis. Sed qd ego fruſtra ſim lõgior:q ita uidear te adhortari:qſi nõ p te ſatis:q & ꝓuidẽdo:& cõſulẽdo:& agẽdo nulli rei deeſſe poſſis. de fratris tui Dominici moꝛibꝰ quæ ſcripſiſti:nõ potui nõ dolere. Sꝫ tu fer oia moderate:ætas. n. fortaſſis eius ai acerbitatem aliqñ ad maturitatẽ aget. Quod ſi ſecus accidat:tu te ipſo cõtentus eſto. Ego qđ ſcire uis:bene ualeo cũ uniuerſa familia:migraturus breui Florẽtiã ubi honorifice & cõmode ſum futurus. Titum Liuiũ meũ cõmendo tibi. Vale. ex Bononia pridie Kal. martias. M. cccc. xxix.

XLIX

¶ Franciſcus philelphus Leonardo arretino. S. D.

Erunt ad me tãdem litteræ ex caſtris a legato apoſtolico: quibus tuto hinc ad uos ire permittitur. Itaq; ad triduũ aut ãtriduũ Bononia abibo: Forũ Cornelĩũ uerſus: ita. n. quã Immolã appellare libet. Nã illud iter lõge tutius eſt hoc tpe pp hoſtiũ caſtra: q̃ a reliquis partibus urbi adiacẽt: q̃ qđ recta florẽtiã agit. Intellexi deniq; qd in cã fuerit: qđ hæ litteræ ante hunc diez mihi negatæ ſunt Conſpirarãt nõnulli ciues ac ſacerdos quidã ex ordine eremitarum pro Martino pontifice maximo contra hãc remp. Et quia legatus credebat certo urbe ſe potituruz: nolebat me hinc abire. ſed ea conſpiratio & detecta eſt: & de coniuratoribus omnibus ſupplicium ſumptum. Quare legatus ſpe ſua fruſtratus: ultro litteras ad me miſit. Tu me inclytis principibus iĩis tuo amore & commendatum: & carum reddito: tibique in primis. Vale ex Bononia Pridie Nonas Apriles. Mcccc xxix.

L.

¶ Franciſcus philelphus Franciſco barbaro. S. D.

IX Immola haſce lias ſeptimo idus Apriles ad te dedi: cũ eẽm poſtridie Florentiã petitur⁹. Quid enim diutius bononiæ expectarem in tãta gladiorum impunitate? Me plurimũ miſeret illius afflictæ urbis: quæ omni facinori. omni immanitati eſt: diritati expoſita. Ibi quicqd cuiq̃ collibuerit: licet. Nullus eſt clementiæ: nullus cõmiſeratiõi locus. Quare & ſi nihil mihi metuendũ erat: quippe qui omnibus eſſem cariſſimus: tamen omnia metuebam in tãta ciuiũ cæde. Speró mihi florẽtiæ forte ſecunda omnia: ſi quidem locus erit doctrinẽ & innocentiæ. Qua in urbe cum fuero: ſcribam ad te pluribus. Nunc ex itinere prolixiori mihi eſſe non licuit. Vale. ex immola. vii. idus apriles. Mcccc xxix.

LI

¶ Franciſcus philelphus Leonardo iuſtiniano. S. D.

Ripui me tãdem ex bononiẽſi naufragio: quo tota urbs perit. Petoq; Florentiã: quo ſum & honorifice: & pulcherrimis quidem præmiis publice accerſitus. Itaq; nõ mireris: ſi in præſentia paucis tecum egi: hæc enim ex itinere ſcripſi tibi. Cum Florẽtiæ mihi per otium dabitur: plurib⁹ tecum agam. Interea tpis rogo te per humanitatem tuã perq; meã in te obſeruantiam: ut memineris mei: librorũq; meoꝝ q̃ diligẽtiſſimã curã geras. Vale ex Immola. vii. idus Apriles. Mcccc xxix.

LII

¶ Franciſcus philelphus Marco lympomano philoſopho atq; iureconſulto. S. D.

Vod me antea tuis humaniſſimis litteris monuiſti: ut me ex bononienſibus fluctibus in tutum aliquẽ portũ reciperẽ: id rãdẽ cũ primũ licuit: feci. Proficiſcorq; florentiã: hæc. n. ex itinere ſcripſi tibi. Scio maluiſſes p tua ſingulari erga me beniuolẽtia: apud uos eſſem q̃ optie de me meritos: Et idẽ ego maluiſſẽ. Quod ſi ea mãſiſſet me cõditio: cuius gra ex Thracia ad uos ſoluerã a uobis nũq̃ abiſſẽ. Quo factũ ẽ ut neceſſitatẽ ſequar: nõ uolũtatẽ. Vale. ex Immola. vii. idus Apri. Mcccc xxix.

LIII

¶ Franciſci philelphi Epiſtolam Liber Secundus.

Franciſcus philelphus Antonio luſco ſecretario apoſtolico. S. D.

Ratulatio tua Antoni luſce nõ debet mihi nõ ꝓbatiſſima uideri: nã & uir es optius: & mei certe amãtiſſimus: haud. n. oblitus ſum: & q̃ mecũ oli Vicẽtiæ: cũ eſſem cõſtãtinopoli nauigaturus: locutus es: & quãtã mihi beniuolentiã oſtendiſti. At meã rurſus erga te obſeruãtiã aiaduerto te memoriter meminiſſe. Itaq; maximas habeo tibi gras: qđ me tãq̃ in principiis ai tui iter honeſtiſſima amicitiæ monumẽta ſuare uolueris. Mihi ãt nõ poſſũ nõ iure optio lætari: cũ intelligo me nõ fruſtra te meis oibus ad ꝓbitatẽ actionib⁹ pinde atq; calcẽ ꝓpoſuiſſe: ad quã dirigẽdi ſint oẽs nõ bene loquendi ſolũ: ſed ẽt bene uiuẽdi cogitatus ac ſtudia nra. Quod aũt me hortaris: ut romanã curiã petã cũ ea ſit ſola eruditiõis: & eloquẽtiæ domicilĩũ ad idq; oẽ ſtudiũ tuũ atq; opã polliceris. & cõſiliũ ꝓbo: & adminicula tua oĩa libẽter amplector: Verũ nõdũ mẽſis ꝑteriit: poſteaq̃ Florentiã ueni. Quare neceſſe ẽ ut eõſtitutũ annũ tps itegre abſoluã: qđ ubi fecero: ſi mihi tua opa: & gratia honeſtũ locũ apud põtificẽ maximum ꝓponi intellexero: cõfeſtim in urbẽ aduolabo. Nã hic quãtũ mihi augurari iã uideor: inter Scyllã charibdiq; nauigabo. Quo fit: ut qbus: aut rudẽtibus malũ: aut anchoris nauim muniã: haud facile queã hinc ꝓuidere. At eo ingenuũ ocium malim: q̃ periculoſum negociũ. nã hæc urbs nõ multo minus q̃ bononia factionibus diſſidet: quin eo periculoſius: quo acutiora uidentur mihi hominum ingenia & ad nocendum ꝓdiuiora. Vale ex Florentia. xiii. Kalen. Maias. Anno a Natali Chriſtiano. Mcccc xxix.

LIV

¶ Franciſcus philelphus Ioanni Auriſpæ. S. D.

Vod ſcire cupis: nihil te cælabo. Florentia me plurimum delectat. Eſt. n. urbs: cui nihil deſit: neq; ad ædificioꝝ magnificentiã atq; uenuſtatẽ: neq; ad ciuiũ dignitatẽ & amplitudinẽ. Adde: qđ uniſa in me ciuitas cõuerſa eſt. Oẽs me diligũt: honorãt oẽs: ac ſũmis laudibus i cælũ efferũt. Meũ nomen in ore eſt oibus. Nec primarii ciues modo: cum per urbem incedo: ſed ipſæ ẽt nobiliſſimæ fœ

minæ honorandi mei gratia locum cædunt: Tantumq; mihi deferunt: ut me pudeat tanti cultus. Auditores sunt quottidie ad q̃dringẽtos: uel fortassis ẽt amplius: & hi qdẽ magna ex parte uiri grãdiores & ex ordine senatorio. Quid multis: oia mihi secũda lætaq; sũt. Cæteꝝ quo me fortunatiorem eẽ aiaduerto: eo magis mihi metuo ab iſidis inuidẽtiũ. Nicolaus Nicolus & Carolus aretinus quottidie me publice auditurí adeũt una cũ aliis ciuibus. Et nicolaus qdẽ: quãtũ ĩ hãc diẽ aiaduertere potui: hõ ẽ loquatior: sed nõ admodũ uafer: qppe q̃ efficiat facile ac temere oia. At Carolus ὡς περὶ στύγνοῦ ὧν καὶ μὶσάνθρώπου. tristis est semp: ac loq̃x nihil. Videturq; mõstri quippiã intus alere. Et sũt q mihi dicãt eũ cauendũ eo eẽ magis: quo magis silet: id. n: nõ a modestia atq; uerecũdia ꝓficisci: sed ab inuidẽtiæ uulnere. Ego tñ in portu nauigo Leonardus aũt arretinus mihi uehemẽter afficiẽ: quẽ eo puto rerum meaꝝ studiosum magis fore: qđ aduẽtu ꝑsentiaq; mea maximo ẽ leuatus onere. Nã & Nicolaus: & Carolus: q añ aduẽtũ meum illi plurimũ detrahebãt: ab oi eiusmodi calumnia maledictoq; destitere mea cã: ut existimaẽ detereri qđ uidissent ab me Leonardũ publice: & grauiter: & ornate: & pleno ore laudatũ. Cosmus medices ut humanitatis plurimus ꝑ se fert: adiit me phumane: nec id semel. sed iteꝝ atq; iteꝝ: dixit q̃ si qua mihi in re opus foret opa sua: ne de se mihi deessem unq̃: nã sese mihi defutuꝝ nunq̃. Pallas Strotia splendidissimus eques auratus oibus in rebus mihi semp adest: honoriq; & cõmodis meis oibus non secus studet: ac si essem filius. Ambrosius monachus uir discertissimus: & si me amare uideẽ plurimũ: tñ nõ põt mihi nõ suspectus eẽ. καὶ γὰρ ἐκεῖνοῦν τοῦ ἡμῶν ὧδ' χρὴ τον ἀρρητῖνον λεῶναρ ἀῶνεφη ἄλλοῦ καὶ ὀθαὸκαλῶσ τον ἀνδρά. Quæ qdem oratio. οὐκεῖ ναι μοι δοκεῖ ἀνδροσ καὶ ἀγαθοῦ. Haberem tibi scribere alia: & qdem plura quæ nũc consulto ꝓtereo. Tu si qd habes de rebus orientalibus: fac ut sciã: Theodora te salutat. Vale. ex florentia pridie Kal. Augu. Mccccxxix.

¶ Franciscus philelphus Marco canetulo equiti aurato aciurecõsulto. S. D.

NE uidear obiitus amicitiæ nr̃æ: in illudq; ꝓuerbiũ incidisse: quo dici solet: Quod abest ab oculo quoq; abesse a corde: uolui uerbis paucis te adire: q̃ si diligẽter cõsideraueris: iudicabis non absurdũ eẽ cõsiliũ meũ: & si admonitio ẽ potius: q̃ cõsiliũ. Qui. n. consulat iuuenis utro graui & sapiẽti. Videmus tñ fieri sæpe usu: ut q ludo calculoꝝ inter sunt: & si spectatores sunt: nõ collusores: ñ nihil acutius uideãt: q̃ ii quoꝝ ẽ ludos. Quis. n. ignorat uæhemẽtiore ai affectu plerũq; accidere: ut mendacio cedat ueritas: honestas q̃ turpitudini? Quo maiore q̃s dignitate pollet: eo reddiẽ insolentior: si minus recta utiẽ rõne: ac prudẽtia quidẽ ẽ: q̃ recta rõ definiẽ. Hæc uero ita sine uirtutũ moralium administris ẽ manca: ut uirtutes reliquæ nullæ sunt sine prudẽtia. Nec põt q̃sq̃ bene uti bonis istis: quæ uel corporis uel fortunæ tribuunt: nisi uir bonus fuerit. Et uir qdem bonus nunq̃ abutaẽ neq; honoribus: neq; diuitiis: nec ullis oio istiusmõi cõmodis: ẽt si id facere ipune quierit. At absoluta uirtute q caruerit: & cogitet ob licentiã & dicat & faciat secus oia q̃ par sit. Quo fieri uidemus: ut istiusmõi hoies & se tãdem pdãt: & pr̃iam. Ego sane mi Marce nihil huiusmõi de te uereor: noui. n. moderationẽ ai tui egregiãq; prudẽtiã. Sed cũ mecũ memoria repeto: q̃ tũ anno sup̃iore ppetrari apud uos uidi: tũ deinde absens: & audiui: & audio quottidie: nõ debeo non metuere & tibi & tuis: ne aliq̃ nimia ista licẽtia & nobis oibus: & Bonienſi reipu. magnã sit cladẽ importatura. Quid. n. p deũ immortalẽ adeo ciuili cruore pfundimini: Vos nõ alienis mõ (q̃q̃ nemo debet alienus duci: q ciuis sit) sed ne sanguine qdẽ cõiunctissimis parcitis: quãdoqdem eodẽ ordine hẽtis omnes quos ulla uel minima ai offensione oderitis. Offensio aũt istiusmõi ois nõ ab æmulatione uirtutis q̃ charitatẽ mutuam. nõ odiũ parit. sed qđ tua bona cũ uenia ductũ uelim: parti ab auaritia partim ab ambitione manat: Quæ duæ ꝑniciosissimæ pestes in ciuitate iura diuina oia hũana q; puertũt. Harũ uos inq̃ stimulis agitati: p oẽm ipietatẽ facinoris iter uos digladiamini. Et ita in oẽs ueluti debacchamini: ut ditionẽ ecclesiasticã in truculẽtiã in manẽq; tyrannida mutaueritis. Nolite obsecro p tãtã impotẽtiã diritatẽq; aliorũ latius ferri. Cohibere iã tãdem odiũ recordatione ciuilis societatis. Iniicite frenũ iræ. Perturbationi rõ dominẽ. An illud fortassis estis obliti: Mihi uindictã: & ego retribuã. Ar illud saltẽ memineritis: hodie mihi: cras tibi. Nec. n. uos latet quãta mutabilitas soleat eẽ fortunæ. Quoniã clauo: quo rubore rotã eius ita fistatis: ut uobis ꝑpetua sit futura. Quo magis alludit: blandiẽ fauet: eo fallit de iprouiso magis: nocetq; acerbius. Præterea qbus Iason ille phæræus: aut leon: aut phalaris: aut clearchus: aut Nero uel mortuus nõ est odio. At clæmẽtia. C. Iuli Cæsaris. Iustitia traiani: Pietas Antonini: grauitatis Alexãdri seueri in dies magis magiq; laudaẽ. Quæ ab me fidẽtius nũc scripta sunt Marce uir clarissime. hæc amici oẽs tui. quos florẽtiæ p multos habes: & loquunt & sentiũt. Sed hæc a me pluribus fortasse. q̃ oportuit. Nec. n. ipse docẽdus es: q & iure cõsultus: & uir sapientissimus docere alios consueisti. Cæteꝝ uis amoris: ut hæc audacter scribere: & me cohortata: quæ scio: pro tua singulari prudentia in bonam partem accipies. Vale. ex Florentia. iii. Nonas Decembres. Mccccxxix.

¶ Franciscus philelphus Ioanni Iamolæ. S. D.

QVod fieri certior ab me quæris: qd ipse de me statuerim: hoc ẽt mansurus ne sim Florẽtiæ in proximum annũ: an alio cõcessurus: quid tibi respõdeã haud satis scio. Delectat me certe urbs: delectãt clues. delectat ẽt cælũ ipsũ: qđ ad ꝑclara dextraq; ingenia uim plurimã habet. Cæterum tertẽt me ciuiles discordiæ: quas hic non minoris: q̃ bononiæ uigere: ut indies i nualescere magis aiaduerto. At in ciuitate sediciosa quæ quies: quæ tranquillitas ulla cuiq̃ esse queat. Quin eo mihi magis hic q̃ bononiæ ciuiles discordiæ metuẽdæ sunt. qđ Bononiẽses tui sibiipsis nocent: peregrinis aũt fauent oẽs. At Florẽtiæ secus oia. Accedit ad hãc difficultatẽ. quod mihi paratæ sunt priuatæ quædam illorũ insidiæ qui tũ hic doctum neminẽ uellẽt. quo ipsi inter luscos oculatissimi uiderenẽ. Itaq; oino hic mihi alib tãdem migrandũ ẽ: si uel uelim & mihi: & rebus meis salubriter eẽ consultũ. Sed quoniã tẽporũ est habenda ratio: nũc mihi uellificandum est ꝑ uentorum flatibus. Quo si t: ut ꝓximum quoq; annũ hic futurus sim. Vis autem

pestilentiæ:quod nosse uis:iam prope omnis contabuit. Vale.ex Florentia Kal.nouembribus, Mcccc xxx.

¶ Franciscus Philelphus Ioanni Aurispæ.S.D.

MOuerunt mihi risum litteræ tuæ:quibus Macrobium atq; dionem:quos commodato acceperas: repetenti respondeˢis:eos me tibi dedisse dono:quo tempore Constantinopolim sum profect⁹ ad regem Romanorum Sigismundum:& ita niteris oratoriæ mihi probare tuum commentum: ut nisi iuuenis admodum essem:me putarem oblitum mei. At uereor:quoniam senectutem attigeris:ne ipse obliuiosus sis factus:nam sunt qui senectuti imbecillitatem memoriæ ascribãt:ego.n.memoriter memini cum essem triremẽ prope inscensurus:petiisse te ut duos illos codices ad reditum usq; meum ex pa nonia tuæ fidei commendarem:tutius enim eos apud te futuros:q̃ domi. Cum uero constantinopolim re uertissem:tu aberas in Italia. Quod si posteaq̃ in italiam redii:illos serius repeto nolo ob id putes me esse obli tum mei. Quare te rogo:ut eos iure postliminii uti sinas. Quod tum feceris:cum liberi ad me reuerterint. Vale ex Florentia pridie idus septembres. Mcccc xxxi.

¶ Franciscus philelphus Leonardo Iustiniano.S.D.

CUm memoria mecũ repeto magnitudinẽ atq; crebritatẽ tuoꝝ erga me meritoꝝ nõ possũ nõ pla ne intelligere me carũ tibi oli iucundũq; fuisse:esse aũt hoc tẽpore haud sane aiaduerto:adeo eni; me suspensũ & ancipitẽ usq; tenet tuarũ intercapedo litterarũ:dũ nihil oino respondes:ut animũ a me tuũ alienũ quodãmodo factũ existimem. Quæ mea calamitas si forte accidisset:id qd̃ mini me oium uel nullo neq; errato meo:nec itẽ tuo accidisse certe scio:sed inuidorũ dũtaxat & obtrectatorũ ma lignitatẽ ac pfidiã in cã fuisse nõ debeo nõ existimare:nã ut inqt Sophocles ϖρὸς τὸν ἐγονέα φεον ὀϖι Quare cũ hi uiuerẽt me tua singulari beniuolentia atq; charitate palam gloriari:& eam ducere perinde atq; cutusdã fœlicitatis loco:non potuerũt hoies pditissimi pro pestifero suo ai liuore nõ uehæmentissime dolere In idq; maxie elaborarũt:q̃tũ uideor uidere:ut ὁ μικρὸς ὀεγὼ πεγαλουδοῦ χορισ αφαλερὸν ϖι ύα- ϖε λωμεὺε ταγαρὸοῦ μεγαλοῦαχρι Δελρoн. Quæ quidẽ insidiæ iuidentiũ q̃ta me sollicitudine at q; molestia affecerint:potuisti ex aliis nõnullis supioribus nostris lris liquido pspicere. Quod aũt hoc tẽpo re aliud ad te scribã:habeo nihil:nisi ut te rogẽ:atq; obtester:ne obtrectatorib⁹:& maliuolis aures patefacias sed illũ me & eẽ & ppetuo futurũ erga te philelphũ arbitreris:q nulla unq̃ ai gratitudine didicit a quoq̃ supa ri. Nã q̃lis sp in te fuerim:iãpridẽ & pspectũ habes & cognitũ. Vale.ex Florẽtia nonis Ianuariis. Mcccc xxxi.

¶ Franciscus philelphus Ioanni Lamolæ.S.D.

NE aut te aut alios:quos huc discendi gratia uenturos significas ancipites teneã:ad proximũ men sem Iulium maxImo cum totius huius ciuitatis cõsensu ac studio conduct⁹ sum præmio aureũ trecentorum quinquagenorũ in singulos ãnos p toto triẽnio: cuius quidẽ statuti tẽporis initiu; est quintodecimo Kalendas nouembres:Quod temporis curriculũ:faciat deus optimus maxi- mus:ut cũ minima inuidorum in me molestia liceat pcurrere. Vale.ex Florentia Kal.augustis. Mcccc xxxi.

¶ Franciscus philelphus Nicolao arcimboldo iureconsulto.S.D.

EX qua die te bononiæ primũ uidi: cũ legatus pstantissimi Mediolanẽsiũ ducis Philippi Mariæ il lac iter faceres:tãta me tibi beniuolẽtia deuixisti:ut oia me tua causa facturum libenter ultroq; re ceperim:Et tu itẽ contra mihi oia tua studia:& officia es pollicitus. Itaq; tempus obtulit:ut ipse an teuertam:cũ anteuerti libentius uellẽ:q̃ppe q̃ honesta i re opa tua opeq; uti uelim. Qui meas tibi litteras reddidit iuuenis est senensis Aeneas Siluius noie:honesta natus familia:mihiq; carissimus nõ solum quod annos duos meus auditor fuit:sed ẽt quod ad igenii acrimoniam dicẽdiq; leporem attinet moribus ẽ & urbanis & cultis. Cupiditate autem ductus uisendi Mediolani ad uos uenit. Quid multis? Hoiem tibi tan to studio commendo ut maiore nequeã. Quicqd in hũc uel officii:uel opis cõtuleris: in me ipsum collatũ existimabo. Adhortationem autẽ illã tuã neq; sum oblit⁹:nec obliuiscar quidẽ. Quin hac ipsa de re me⁹ Ae neas ille tecũ uerbis meis quædam commentabitur. Vale.ex Florentia nonis nouembribus. Mcccc xxxi.

¶ Franciscus philelphus Antonio Panhormitæ.S.D.

EGo mi Antoni mallẽ istic esse:ubi quietior mihi:ut existimo:uita offerretur:q̃ Florentiæ:ubi oia sunt tumultuaria:plenaq; inuidiæ. Ad quod ai cõsiliũ cũ multi mẽ hortarẽt:tũ Guarynus noster in primis. Sunt mihi Mediolani amici nõnulli:sed Guarnerius Castellio:& Nicolaus arcimbol- dus:& Aloysius crottus oium primi. Cũ istis igitur uelim de re mea aliquid commenteris:& qd̃ ipsi hanc in sententiam dixerint:ad me & q̃primũ & q̃ diligentissime perferendum cura. Nam si honesta mi hi conditio fuerit oblata:eam non detractabo. Vale.ex Florentia.iii.idus Iulias. Mcccc xxxii.

¶ Franciscus philelphus Nicolao Cardinali Bononiensi.S.D.

THomas Sarzanensis uir perhumanus & eruditus amplitudinis tuæ secretarius pater clementissi- me tuo nomine litteras ad me dedit:quibus quod mihi erat sole:ut aiunt:clarius non amice mi- nus q̃ eloquentet ostendit:quãta sit tua erga me charitas:dein monuit:ut tibi significarem:q̃ me Florentia delectat. Præterea si qua in re tua opera opeq; uti uelim scriptorio calamo ne parcam. Te.n.paratũ semper fore.ut mihi benefacias. Et habeo tibi & ago imortãlis gratias pater humanissime:qd̃ ex qua die primũ Bononiæ me uidisti:ac tuam excepisti in clientelã:te mihi patronũ semp:te partem:te be neficiũ præstiteris:& id quidem nullis meis de te meritis:sed sola tua mansuetudie atq; benignitate. Imita- tus tu sane eum:cuius crucem pro signo geris. Christũ optimum maximum:qui ut cunctis mortalib⁹ bene faceret sibi ipsi non pepercerit. Nunc ad ea:quæ uerbis tuis mihi Thomas tuus scripsit:& de florentia pri- mum. Quem florentia minus delectarit:is certe nulla bonitate floret. est enim eiusmodi urbs florentia:cui

tan⁹ q pandoræ cuidam dii omnes ut ad poetas redeam. Singuli bona singula dona dederint. Nihil .n. huic urbi deest quod ad humanã accedat fœlicitatem. Cæterum inter rosas etiam sunt spinæ. & in terra nihil est tã ex omni parte perfectum: quod non aliquid habeat quod offendit. Equidem uniuersæ ciuitatis sum cariſſimus. Meq; uiri oẽs boni ac pstantiſſimi ciues & colunt & faciunt plurimi. Nec est mihi apud florentinos optãdum quicq̃ quod sperare non liceat: uix primarii ipſi ciues in rebus etiam maximis plus habent auctoritatis q̃ ipſe ego. Omnes mihi gratificari studẽt obsequuntur omnes. Nihil ab me neque mea: nec amicorũ causa frustra petitur. Cæterum quo magis ualeo apud florentinos uel auctoritate uel gratia eo magis mihi cauendum est ne quid magni mali inuidia mihi aliquãdo pariat. Sunt enim aliqui fucati litteris: quos mea præsentia iccirco plurimum turbat: q; sperẽt: si ipse abesſem sese in maior aliquo precio futuros. Itaq; dignitati meæ clam semper insidiãtur. Qui & si mihi nihil obesſe possunt: metuendum est tamen. Nam ingenia florentina acerrima sunt & in omnem partem strenua. Quid miltis? nisi adhuc in proximum annum publico docendi quidem muneri essem obstrictus: operã darẽ olo: ut inuidæ cæderem & in aliquem tutiorẽ portum ex huiusmodi fluctibus me reciperem. Nam q̃q̃ uniuersa me florentina respu. & diligit plurimum: & facit maximi: ea tamẽ est hoium natura: ut nõ minus pauci atq; imbecilli nocere possint: q̃ uniuersa manus potẽtiorũ prodesse cuiquã. Miserent sane oẽs. & pmoleste ferũt si cui bono uiro inferatur iniuria. Succurrit autem nemo: nec id de peregrinis solũ usu uenit: sed de ipſis etiã pstantioribus ciuibus. Sunt qui ſicarios parauerint: per quos nicholaum guzanũ uirum primariũ in repu. interimerent. Detectis insidiis non mõ nullũ de his supplicium sumptum est: qui ſicarios instruxerunt: sed tentatũ potius ut nicholaus ipſe plecteretur qui & uir grauiſſimus esset & in repu. potentiſſimus: nam ſicarii feruntur instructi a duobus soderinis fratribus nicolao ac Thoma iuuenib⁹ prõptis & audacib⁹: quorũ pr fuerat: ut uulgo dr: machiatore & auctore ipſo, nichilao publico iudicio obtruncatus: quoniã esset insimulatus iniisse consilium nescio quod aduersus remp. Qui ergo ipſe minus mihi mutuendum putem: qui & iuuenis sim & peregrinus: & nullarũ uiriũ: cum uideã uiros tãtis fretum clientelis: tantis opibus: tantis factionibus in ultimum ppe periculũ adductũ: qm̃ aduersus sontis causam pſequeretr? Nã alteri⁹ factiõis princeps dr Cosm⁹ medices uir ut scis florẽtinorum omnium pecuniosiſſimus. Eoq; mihi res uidetur per mutua animorum odia irritamentaq; processisse: ut nobiliſſima hæc ciuitas nõ admodũ lõge abesse possit itãtis pcellis ac fluctibus a triſti & miserabili naufragio. Accedit ad hanc malã suspitionem: q; hi qui liuore me atq; odio insequuntur: ipſius Cosmi utuntur ueluti pattocinio. At Cosmus quaq̃ uidetr amantiſſimus mei: eiusmodi tamen uir esse animaduerto: q & simulet & diſſimulet oia. Estq; usqueadeo taciturnus ut ne ab intimis quidẽ familiaribus ac domesticis q̃ t intelligi. At Laurentius huius frater ingenio est & aperto: & leui: cui Cosmus & si uir ẽ grauiſſimus: tamen: ut audio: nequaq̃ audet aduersari. Ego autem neutram pendeo in partem. Aeque omnibus morem gero. Illudque Ciceronis studioſiſſime tueor. non oportere peregrinum in aliena republica esse curioſum. Cæterum quoniam in naui obnoxia naufragio nemo potest tuto nauigare: ego hinc q̃libentiſſime abfueri: duo in italia loca sunt: quor alterutrũ nõ inuitus optarem. Mediolanum & Romanã curiã, siue .n. apud pontificem maximum siue apud inclitum ducem Philippũ Mariã honestus mihi daret locus: eum non modo nõ reiicerẽ: sed cæteris omnibus iucundiſſime præferrem: atque amplecterer. Tenes tu pr reuerẽdiſſime & studia mea omnia: & consilium & uoluntatem. Quantũ mihi prodesse possis: non sum ignarus. Quantum & uelis iampridem expertus sum. Quæ cum ita sint: clementiã tua; rogo etiam atq; etiam: oroq; ut huic meo desyderio consulas. Quicquid ipſe de me statueris indubitato persequar. Operamq; dabo ut tua de me opinio te nunquam fallat. nam neq; fidei unquã deero: neq; induſtriæ neq; diligentiæ: Valeat q̃diutiſſime integritas sanctimoniaque tua pater clementiſſime. tibique certo persuade me ita esse in potestate tua, ut omnia de me tibi polliceri quæas. Ex florentia. x. Kal. octobres. anno a natali christiano. Mcccc xxxii.

Franciſcus philelphus Thomæ Sarzanensi. S. D.

pulsam habuit consulatus Itaq; si quid præter uolũtatem tuam principes inclyte tholentinates ausi fuerint tuum esse duco nõ modo nõ uscisci: sed & ignoscere potius: & eorũ tibi aios mansuetudine: facilitate & bũficiis deuincere. Sin autem nihil fuerint ausi: quid tibi faciundũ rear: intelligis. Nunquid es oblitus: quid romanis Priuernatiũ legatus ille responderit: quum a quodã tristioris sententiæ auctore. interrogaretur: quaꝫ Pœnam meritos priuernatis censeret: eam nihil ueritus inquit: quã hii merentur: qui se libertate dignos cẽsent. Rursusq; ubi consul mitius subdidisset: Quid si pœnam remittimus uobis: qualem nos pacẽ uobiscũ habituros speremus. Tunc idem legatus eadem animi uultusq; constantia si bonaꝫ inquit dederitis: & fidã & perpetuam: sin malam: haud diuturnã. Quibus quidem ferocioribus dictis non modo nõ sunt ad iracũdiam ultionemue incensi romanorum animi: sed Priuernatis potius ois dignos iudicarunt: quibus ciuitas daretur: intelligebant sane uiri permagni illi & sapientes tantã esse uirtutis uim: tantam maiestatem: ut in hostibus quoq; gratiam mereretur! Num metui tu fortasse q̃ diligi malis! Optime natura prouisum est: ut metum semper odium consequatur. At diligi & amari nũq̃ possis: nisi & iustissimum te beneficentissimumq; præstiteris. Iustus uero ac beneficus esse nequeat: qui aut aliis ultro nocuerit: aut modum rebus suis statuere uel noluerit: uel neglexerit. Quare te Franciscę Sphortia p magnitudinẽ animi tui præclaraſq; uirtutes oro atq; obtestor: ut iram hanc istam omnem: siquam tandem in Tholẽtinatis meos iram conceptam habes: mitiges: ac places. Et omnem: deniq; perturbationeꝫ: quæ consilio prorsus rationiq; aduersatur: prosternas: atq; abiicias: Nemo scit aliis imperare: qui sibi ipse non potest. Nulla uictoria maior est: nulla illustrior: q̃ seipsũ uincere. Violentum nihil est diuturnum. Principatus ille & firmus sane & perpetuus esse consueuit: quẽ tuꝫ probitatis ægregium æquitatisq; exemplum peperit: tum pergrata pacabilitas animi munificentiaq; munierit. Quis illud Alchamenis dictum non iure laudarit qui cum a quodam rogaretur: quonã pacto regnũ optime quis seruauerit: si multi: ait lucrum non fecerit. Nam neq; certe magni est animi admirari diuitias: sed summi potius uiri est omnia: quæ uel corpori uel fortunæ subiecta sunt: infra se ducere: Animus enim nobis diuinus est idemq; sempiternus: cætera uero mortalia quæque sunt: & ab breue temporis curriculum duratura. Rationi semper non cupiditati parẽdum est: illa enim ostendit in primis quantum nos reliqs animantibus antecellimus. Nihil recte geri potest: quod cupiditatis geratur ductu. Is solus in magnis uiris habendus est: qui quod deceat quod oporteat: facit. Quod si quis a me quæsierit: quid facere oporteat bonnꝫ principẽ: facile cõstanterq; respõderi: non qđ temere uulgus solet: & amicis benefacere: & malefacere inimicis: nã id tyramnorũ est ꝓpriũ: sed quod prudentissime. Aristotile lecedæmonius: qđ sapientissimus Socrates aliquãdo cõsueuit: tũ amicis benefacere: tũ inimicos reddere amicos: Busyris: Aristotimus: Phalaris non amicis: sed inimicis soliti sunt malefacer. At istos istorũq; omnis similes: inter impios immaniſq; tyrãnos reponimus. Augustus uero &. C. Iulius Cæsar cæteriq; huiusmodi q in amicos benigni: & i ipos inimicos clementissimi extitissent: diuinos honores meruere. Non ne christus iesus humani redemptor generis etiã pro his horauit: a quibus traditus morti esset. Quibus certe ipsis uel ratiõibus uel exemplis: & si facile adducebar nihil de te tali ac tanto principe aduersus meos tholentinatis uerendum esse: quod a sapientia & graultate: quod a iustitia & æquitate: quod a moderatione & mansuetudine: quod ab animo excelso ac benefico alienum fuerit: meas tamen partis esse censui: ut & p mea in te fide: & p ea quã patriæ charitatẽ debeo: qđ tibi optimũ factu existimarẽ quãdoqđẽ præsens corãq; non poterã: litteris saltẽ ostenderem: Sic. n. nõ ut mihi mẽs fuerat: sed ut necessitas atq; tẽpus tulit: & uisere te quodãmodo ac tecum loqui sum usus. tu uelim quæq; ab me dicta sunt: in bonam partem dicta interpreteris: nõ. n. me tua minus: q̃ patriæ causa: ut hæc tã familiariter ad te scriberem: hortata est: nam & amo te unice: & delector mirifice tuis laudibus: quas ne qua non dicã infamiæ sed ne suspitionis quidem labe pollui patiare: summis precibus abste peto. Vale princeps florentissime: & si quid in me esse animaduerteris: quod uel usui tibi aliquando uel uoluptati futurũ putes: id omne tibi debitum deuotumq; intellige. Ex sena pridie nonas octobres. Mccccxxxviii.

¶ Franciscus Philelphus Leonardo Iustiniano. S. D.

EGnosce breuitati litterarum mearum. Nã repẽtina tabellarii abitio non est passa: ut tecum longior fuerim. Quod aũt ad rem attinet: uera tibi renunciata sunt de mea ad Philippum ducẽ abitione. Nõ enim senæ sine periculo esse possum ꝓpter ficarios Florentinos: q nulla mea culpa meæ uitæ insidiant. Verum anteaq̃ pficiscar Mediolanũ: sum Bononiæ cõplusculos mensis acturus. Inde ad te dabo & crebrioris & longioris litteras. Vale. ex Sena idibꝰ Octobribꝰ. Mccccxxxviii.

¶ Franciscus Philelphus Catoni sacco iureconsulto & Oratori. S. D.

REdditæ mihi sunt litteræ tuæ Cato mi dilectissime: non Senæ: sed Bononiæ: quo uenerã ad. xvii. kal. Februarias. Vt maturem ad uos aduẽtũ meũ: non est in me sed in principe isto nostro: quisi fecerit: ut id mihi facere liceat per bononienſis: quibus obstrictus sum ad Augustum usq; continuo te uidebo Vale. ex Bononia idibus febrnarii. Mccccxxxix.

¶ Franciscus philelelphus Aeneæ siluio. S. D.

ET bene ualere te: & secundiorem iam tibi aspirare fortunã: lætor maiorem in modum. Quod ãt scire cupis: quid in causa fuerit: ut relicta patria tua sena: ubi & pacatissime agebam & cõmodæ: inter discordiarum Bononiensiũ digladiationes me receperim: dicam tibi. Qualis quãtoscq; inuidẽtiæ æstus Florẽtiæ paterer: præsens ipse olim coraq; uidisti. At ludus erat: quod per id tẽporis patiebar incõmodũ ad eas ærũnas. quas quasi alcides qdã: pferre postea sum coactus: Nã posteaq̃ nulla aut iuris aut æqui simulatiõe pditissimoꝝ hoium rabies nocere mihi potuisset: ad arma cõcursum é. Paratoq; sicario ære ñ puo: mane cũ i publicã illã: quã nosti: Academiã docẽdi gra pgerẽ ex occultis isidiis i me nihil tale

neq; cauentem:neq; cogitantem impetus factus est. Erat sicarius togatus Florētini mercatoris more:ne posset agnosci:qui educto repente longiore gladio:qui toga tegebatur:cuspidem mihi direxit in pect⁹. Trāsto dissetq; me omino:nisi dextera manu facto pugno in eius pectus illico magna ui irruissem. Itaq; a proposito loco ictus ille aberrans in sinistrum brachium me percussit omni illæsum uulnere. Elanguerat.n.ictus: quoniam ille a me reiectus pugno paululum esset amotus. Qui rursus sublato gladio: quo me acie feriret, caput in faciem me percussit. Qui fuerit sicarius notum est:a quibus autem conductus & si nihil habet certi infamia tamen in medices reperit & Cosmum:quoniam non solum eius factio mihi semper aduersatur: sed ēt Laurentius frater eius aperte multa aduersus me ageret. Paucis post mēsibus ob ciuilis discordias idem Cosmus in carcerem primo coniectus est:dein relegatus ad Venetos sine alia prorsus ulla ciuiū offensione. Et ita ciuiles discordiæ tantisp quieuere:donec in posterum annum iis pecunia corruptis: qui summa reipublice præerant: Cosmus in urbem reuocatur. Tum iura diuina omnia humanaq; cōfundunt. Optimates omnes alii relegantur alii proscribuntur. Hinc direptiones:latrocinia:cædesq; sequuntur. Quæ ipse intuens:animaduertensq; quanto cū periculo in tāto Florētiæ naufragio forem:qui antea in summa:ut ita dixerim:malachia naufragus extitissem:subduxi me:& ab imminētibus tantorum fluctuum uorticibus:in sēnsis tuæ reip. tanq̄ in portum aliquem maxime oportunum deuolaui. Hic autem cum & tranquille & honorifice uitaq; agerem:neq; de re Florētina ulla mihi prorsus cura esset præter hūani cōmiserationē ingenii mense decimo ex quo florētia decesseram nulla mea neq; culpa neq; culpæ suspitione:tātum potuit inimicorum coniuratio:ut ipse quoq; inter proscriptos ciuis optimatis proscriberet:id quod ut accepi:uniuersæ ciuitati fuit molestissimum auditu. Quin in proximū inde annum missus est senam:ut me interimeret:idē ille sicarius:qui ab eadem ornatus coniuratione in faciem mihi uulnus inflixerat. Hic Philippus est uocatus: patria natus casale fluminēsi:& patre Thoma:& auo bruno:qui etiā ipsi ambo notissimi habiti sunt sicarii. Aberam per id temporis ad petriolanas balneas. idq; non tam ulla mea uel necessitate:uel delectationis quidem gratia:quam diuino quodam consilio:ut certo puto. Nam eo sum profectus sola uisendi cā. Solet enim plerunq; oipotens deus:quo de perseuerantibus in malignitatē facinorosisq; hominibus aliquando supplicium summat:certas quasdam easq; occultas parare uias ad uindicandum. Cum eiusmodi ergo tēpore sicarius philippus Senam uenisset:neq; me usq̄ uideret: adiit præclarum in philosophia uirum ac medicum prudentissimum Petrum Ioannetum:qui ex patria bononia pulcherrimis præmiis accersitus medicinā docebat:ut nūc ēt docet in eius urbis publico studio. Ex eo quærit:& qua in uicinia ipse habitarē. & ubi docerē & quot mecum ducerem comites:& quantū ualerē gratia apud ciues. Ad quæ ille: ut est uir callentissimus æque atq; accerrimo strennuosissimoq; ingenio:inspecto hois uultu & cōsiderata uerborū temeritate:singulatim ea respondit:quæ mihi usui fore arbitraretur. Eodemq; die litteris me de ea re omni cōmonefecit. qua re senam ubi cōtinuo reuertissem:ex illoq; liquidius rem oēm corā didicissem:mox adeo pfectum præsidii quem capitaneum uocant. Honofrium tryfernatem cognomento Virilem: hoiem subdolum & fallacem. Huic rē ipsā:ut habebat expono:& omnia sicarii signa do:qualia & a Petro Ioanneto didiceram: & ipse quoq; dum illū inter ambulandū obuiam habeo agnosco. Respondet cōtinuo ueterator ille:& fraudolentus latro. Grates habeo sempiternas mi pater obseruandissimæ Philelphe immortali deo:qui mihi causam præstitit:quo tibi aliquo officio meo rem dignam gratificaret. Nam iampridē cupiebam occasionē offerri mihi morē gerēdi tibi. Hominem actutū cōprahēdā:cōprahensumq; torquebo ita:ut uel concoctū cibum omnem ei eruam e stomacho. Quē si conscium cuiuspiam aduersus te perpetrandi facinoris offendero:uita priuabo. Sin minus offendero:missum faciā:inquiēs aberrasse me in se capiūdo:nō enim illum esse quē quærebā. Fateor æquidē mi Aenae uel ex his uerbis me illico de hoie suspicatū mōstri nescio qd. Cæterum quoniam satis mihi de sicario cōpertū uidebat:egi hoi gratias de optima erga me uoluntate: Capitur sicarius eodem uesperi. Captus torquetur:& mei interimēdi causa se missū confitet. Idq; Honofrius continuo palam facit. Sed ab quo missus foret:reticescit:nec sicarium plectit: Sed differt aia aduersionem:mō aliā causā obtēdens:mō aliā:at uerisimilē nullā. interea tēporis increbrescit non solū apud me:sed apud nōnullos gratissimos ciuis tuos:Honofrium tryfernatem cōmutasse philippū sicarium cū prætura florentina. Nihil ē.n. apd florentiños usq; adeo secretū atq; arcanū:qd minus q̄primū effluat:ita sunt oēs tanq̄ rimarum pleni. Quod rumoribus fuerat diuulgatū:ipsius tandem rei euētus approbat. Nam paulo postea florētiæ prætor declaratus est Honofrius tryfernas. Sed redeo ad sicarium. Mulctauit hunc honofrius libris quingentis. Erantq; multo antea paratæ pecuniæ:quibus ille carcere liberatus remitteretur florētiam. Et quod ridiculosius fuerat in sententia:q̄ impudētissimus latro aduersus Sicariū tulerat:dicebat illū ad id facitoris ppetrādū fuisse corruptū grādi pecunia & magna remuneratione:ab quo aūt ab quibusue corrupt⁹ fuisset:subticuerat. Cæterū lōge se sua de sceleratissimo Sicario liberādo fefellit opinio. Nā ego iniuriarū ageūs puocatiōe sum usus ex tuæ pīæ institutis ad ptorē. Itaq; ea ois cā ab Honofrio latrone deuoluta est ad Iacobū constātiū siculum ex Mesana:qui utr innocētissimus & grauissimus ea tēpestate ptorē gerebat Senæ. Hic si potuisset cām ex integro cognoscere:nō obscure patuisset:& qui fuisset auctor florētiæ uulnerādi mei:& a quo idē sicarius missus Senā eēt ad me interimēdum: Nam florētiæ quoq; patuit de Sicario:patuit de licitatore cōductoreq; sicarii. Is enim fuit homo impurissimus ac nequā Hieronymus brochardus imolensis. sed q̄ facinoris auctores:q̄ mercedē q̄ pepigissent:sicario dissoluerint:in obscuro sunt:cum tamen nouere plures Laurētiū medicē una cum Nicolao & Carolō frequētare persæpe solitū omnium scelerum officinam infames ædis Hieronymi brochardi per id tēporis:quo sicarius est conductus. idēq; Laurentius medices hieronymū coniectū ob id sceleris in uincula carcere liberauit & ab omni pœna tutatus ē in maxima ēt totius ciuitatis offēsione

q uæ tota eã iniuriã publicã suãq; ducebat: Sed uis magnitudoq; pecuniæ longe plus potuit ac polluit: q̃ leges q̃ æquitas: q oẽ iuris piiq; uel officiũ: uel sanctitas: uel decorũ. Sed redeamus: ad prætorẽ. Is inq̃ Iacobus eõstãtius cũ nõ posset ex institutis pfiæ tuæ eã de integro agitare cãm: quã pfectus cognorat: sed augere pe nã dũtaxat: qđ potuit solũ eã Philippo ficario dextrã abscidit publico iudicio: q̃ me florẽtiæ uulnerarat in face: obtruncasset; hoiem quo nece sua reliquis ficariis eẽt exẽplo imanitatis suæ: nisi ego id factũ iri prohibuissem: utpote q̃ maluissem uiuere illũ uitã inutilẽ atq; dedecorosam: q̃ p expeditã mortẽ liberari ai crucia tu: ut. n. magni ẽ ai paruas suasq; iniurias obliuisci: ita iusti & sapientis de publico humani generis hoste dignã aliquã cadere ultionẽ. Cũ igr neq; pacate: ut audis: nec itẽ cõmode agerẽ Senæ: uiderẽq; q̃to cũ uitæ periculo inter gladios uenenaq; uersares: nõ. n. defuere: qui ẽt domi ausi fuerũt me ueneno pdere. Bononiã eo cõsilio me recepi: ut paucos post mẽsis Mediolanũ petã: futurus apud unicũ nr̃æ tẽpestatis solẽ Philippum Mariã pricipẽ sane oium: q aut sunt: aut fuerũt: aut futuri sũt munificẽtissimũ & optimũ: apd hũc. n. nullæ mihi inimicoq; artes: nullæ insidiæ oberũt: totus ero cũ musis: totus cũ amicis: totꝰ mecũ. Q đ aũt me hortaris: ne deserã ipse me: ne cedã malignitati fortũæ. Hortaris tu qdẽ & amice & recte: Iãpridẽ aium meũ nosti. Nõ is certe sũ: q me nesciã uirũ eẽ. Itaq; bono sis aio: p me licet. Nũq̃ me ignauiæ accusabis: nec itẽ insolẽtiæ. Quin horatianũ pceptũ illud in uniuersa tuebor uita. Oẽ tulit punctũ: q̃ miscuit utile dulci. Tu uero qđ ad te attinet: facito me de omni re tua statuq; certiorẽ. Vale. ex Bononia quinto Kal. Apriles. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus philelphus Ioanni Tuscanellæ. S. D.

DE me quod flagitas scire: ad proximas studii uacationes quas uocant: Mediolanum sum petiturꝰ eo quidẽ consilio: ut si quã mihi nobilissimus ille princeps spem litteris maximam polliceatur: re ipsa inuenero apud neminem malim: q̃ apud eum uitã agere. Sin secus offendero: ad uenetos me recipiam. Nã nihil incertius q̃ Bononiæ res secundæ. Quanto enim fortuna blãdius uidet aspirare: tanto magis aduersi uentorum flatus metuendi sunt. Vale. ex Bononia idibus Aprilibus. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus philelphus Alberto Zancario. S. D.

DOn uanũ extitisse me somnii cõiectatorẽ: res ipsa liqdo oñdit. Ioãnẽ mariũ filiũ fugisse ab me: nosti. Quo aũt quũ nescirẽ: ubi p noctẽ: q̃ dlẽ fugæ uigesima qnta subsecuta est: eẽm uidere uisus eũ placẽtiæ agere inter milites quospiã: postridie eius diei inscenso equo cum duobus famulis uersus placentiam iter capio: quo quũ ad biduũ pueniõ: incido nõ lõge a porta urbis in Floriũ quendaꝫ Mediolanensem cognomẽto Nouatinũ: qui cũ filiꝰ Marius una æquitabat. Florius quũ primũ me uidisset equo descendit: & me honorifice salutato: dixit putare se nullã mihi feciſſe iniuriã: qđ meũ filiũ eripuisset expditoq; quorũdã militũ manibus eo sane cõsilio: ut eũ ageret ad Antonellũ arcimboldum: q mihi ob clarissimum iureconsultũ Nicolaũ arcimboldũ fratrẽ suũ meiq; amãtissimũ uehemẽter foret affectꝰ: ob idq; ñ se eũs filius meus ei charus futurus eẽt atq; mihi patri. Egi hoi gratias: ut par erat: filioq; recepto placẽtiã suꝫ ingressus: Paulo supra meridiẽ: ea mẽte: ut reliquũ eius diei. quoniã forẽ ex itinere satigatus: cõsumerẽ i cauponula quo diuerterã: Venit ad me uesperi salutatũ petrus platea: qui ea i urbe p inclyto mediolanensiũ duce Philippo Mariã ciuitati pẽsit. Qui ubi multa mecũ & familiariter & phumane locutus ẽt: q̃fluit: q̃ hora uellẽ in posterũ dlẽ mediolanũ petere: cui quũ respõdissem nõ eẽ me p id tẽporis mediolanum petiturũ: sed uel Bononiã potius repetiturũ: & ad proximas dein uacationes studii iturũ mediolanũ: institit ille multis rõnibus ne prius Bononiã reuerterer: q̃ issẽ ad Philippũ Mariã ducẽ & uiscẽdi & saluãdi gratia: ab quo certo futurũ sciret: ut & libẽter exciperer: & honorifice: Quare cũ eius uerbis colligerẽ oportere me omnino ire ad pricipẽ: necessitatẽ in uoluptatẽ uerti. Itaq; nudiustertius Mediolanũ secunda hora noctis ingressus sum itinere facto p agrũ. Ticiniẽsẽ. Hodie non multo post meridiem adiui principẽ: ab quo tanta cũ hũanitate ac tã honorifice sum exceptus: ut me oblitũ mei pene reddiderit: nõ tamẽ qđ ob eã rem insolentior factus sim q̃ ante hac consueuerim. Quin potius cũ tanta me honoratiõe indignũ existimo: facit ut mecũ ipse cogitẽ quidnã facere me oporteat: ut quã habet de me opinione. ea se nõ fallat omnino. Cæterum: & hæc alia pleraq; omnia propediem una commentabitur. Vale. ex Mediolano. vi. nonas Maias. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus Philelphus Aloysio Crotto. S. D.

QVod diutius hic sum: eo serius ad uos redibo: Itaq; rogo te: ut ab hũanissimo nr̃o principe mihi facultatẽ abeũdi exores. Nã & hic a me agit nihil & familia mea me absẽte nõ potest Bononiæ nõ agere incommode. Vale Mediolani ex Cauponula ceruiæ Idibus maiis. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus Philelphus Gerardo Landriano Cardinali Comensi. S. D.

ADhortationẽ tua pater domestissime libenter admitto: & si mihi habẽda ratio ẽ nõ fidei minus q̃ grauitatis. Quo fit: ut æque noli iniustitiæ accusari atq; læuitatis. Bononiensi reip. sũ obstrictꝰ annuo docẽdi mũere: Cui me satisfacere oio oportet: si uolo is esse: qui debeo: Itaq; rogo te: atq; obtestor: ut mihi iã tãdẽ abeũdi ueniã ipetres: ne dũ apd uos grauitatis laudẽ cupio: habeat apd bononiẽsis: & iniustꝰ: & leuis. Nõ. n. te fugit fũdamtũ iustitiæ fidẽ eẽ: qua sublata: omne iustitiæ munus corruat: necesse est. Vale. Mediolani ex cauponula Ceruiæ decimo Kalendas Iunias. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus philelphus Raphaeli fuscherario. S. D.

QVod diutius distuleri meũ ad uos reditũ: nulli culpæ mihi ascribitote. Nã ego iãpridẽ hic soluisse; si liber eẽt padi trãsitus: Sed cũ id fine lris ducalibꝰ nemini liceat: atq; eas i hãc diẽ exorare nequeri: fcũm ẽ: ut serior fiat mea hic abitio. qd. n. sit i cã: ñ itelligo. Quotidie mihi a pricipe respõdeẽ q̃ primũ se mihi morẽ gesturũ. Sed huiusmõi q̃primũ nõdũ usq; aparuit. Qui apd pricipẽ & auctorita te ualẽt & gra: me monẽt: ne sim iportũior. nõ. n. temere fieri. Itaq; meipsius sũ nesciꝰ: nõ desistã tam ois ob

tūdere q̄ principi assistūt: donec liberā abitionē ipetraro. Interea uero tpis cōmēdo tibi familiā meā: si quidē arbitraris me functurū egregie meo erga te officio. Vale. ex Mediolano pridie Kal. iunias. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus philesphus Albertho zancario. S.D.

EGo mi Alberthe ad triduū hic soluā & ppulchre qdē & pbenigne ab hoc hūanissimo principe: tū donatus: tū honoratus. Lras tuas occlusas meæ dilectissimæ Chrisolorinæ continuo reddito. Vale. ex Mediolano. v. Idus iunias.. Mcccc xxxix.

¶ Frācisc⁹ philelphus Guarnerio Castellioni: iurecōsulto ducaliq; senatori. S.D.

SI Mediolani pridie non ruri fuisses: cū istinc eēm bononiā redituru⁹: pluribus tibi corā respōdissē: qd' nūc paucis feci. Erā. n. tā fere ascēsurus equū. Petieras. n. ab me tu quotupliciter eēntia putarē accipi oportere: ad qd tibi cū esse mīsurus: accersitus a pricipe: oi meo, sermone iterpolato: ex oculis taq; euanuisti. Accipe igit rē cōpēdio. Essētiā: quā & οὐσίαν usian græci: & latinoq; eruditissimi substātiā noiant: tribus modis accipīdā existimo: mā & materiā & formā: & qd ex utraq; cōstat: substātia dicius. Horū ātriū materia qdē q̄ ὕλην hylē græci dīt: ē potētia q̄ a græcis uocāt̄ Δύναμις dynamis forma uero qd εἶδος. idos græce noiat̄ ē pfectio: q̄ ab aristotele dcā ē nouo noie ἐντελέχεια entelecchia Quod autē constat ex utroq;: uocamus hoc quiddam: & qdiā cōpositū ē. Ego iam iter igredior. Vale. & me nr̄o inclyto principi assidue redde cōmendatissimū. ex Placentia pridie Idus iunias. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus philelphus Alberto zancario. S.D.

ESt a te sane prudētet factū: q; mihi ex itinere fatigato lac coagulatū miseris. Egebā. n. istiusmodi refrigerationis genere. Itaq; nō minus te laudādū existimaui pinde atq; egregiū coagulādi artifi cē quēdā: q̄ Aristeus fuerit a priscis arcadibus laudatus. Is: n. cū i archadia late regnasset: quo sibi maiore bēuolētia archadas deuiciret: pmulta: ut erat priceps ñ sōnolētus & obtusus: sz acri strēnuoq; igenio: & excogitauit & adinuenit: q̄ ad cōem hoium uel utilitatem: uel uoluptatē accederēt. Quare is omiū prim⁹: cū apū atq; mellis tū ēt lactis usū ad coagula iuenit: & hominib⁹ tradidit: q̄uis mellis auctorē Naso affirmet liberū pr̄em extitisse. Tuū rus igr ñ possū ñ amare: cui⁹ cōsuetudine id te uideo assecutū: ut ad urbanas lautitias ruralē fœcūditatē adiungas. Nā cū lac solū ex oibus cibis ad hois naturā fit satis: tū idē coagulatu delectatēt plurimū. Quod āt scire uis: qd egerim apd excellētissimū principem Philippū Mariaz quum in præsentiā ueneris omnia narrabo tibi. Vale. ex Mediolano. xvi. Kal. Iunias. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus Philelphus Federico Cornelio. S.D

QVēz nficiū de tuo fausto fœliciq; cōiugio nūc primū audiui: is me pfecto plurimū dlectauit: neq; .n. te latet: q̄ ego pſæpe tecū ꝑmonē multū habueri pſens: & q̄ frequnter ēt absens te scriptis meis tum blādius: tū seuerius ad cōiugiū sum hortat⁹: Qd' certe facieb̄ neq̄q̄ inductu pr̄is tui grauissimi & clarissimi uiri: ut tibi tu pſuadef uidebaris: sed quontā tibi bene eē cupē. Nā cū duo sūt uiuēdi genera lege cōstituta: asterū cælibatus: asterū matrimoniū: qui norū neutrū adamarit: naudratis i magna uersatur laude. Feciſti igt recte: q; & paternæ uolūtati morē gesseris: & tuæ florētissimæ reipu. cōsulueris: qppe q̄ i filiis pcreādis seminario reip. satisfacies: & ordinē illū senatoriū reddes ēt āpliorē. Cæterū q̄ tibi ꝑcepta seruāda cēseā: paucis accipe. Et oium primū hoc unū tibi aio isideat. Volo cætera secramēta eē hūana lege moreq; cōstituta: at matrimoniū solū diuino ore & iuētū eē: & iperatū: atq; id qdē nō i ægypto p uulcanū: nō i attica p Cecropā. nō Romæ p Romulū: sed in horto illo delitiarū: ubi primis parētibus ꝑcepit deus oipotēs: ut crescerent: ac multipticarēt: terrāq; replerēt. Quod aūt & deo auctore: & i paradiso: & in nostris: primis parētibus inuētū ē sacramētū & tāq̄ lege sāctū: q̄ta cū ai itegritate. & inocētia nobis tuēdū fit. uides: pſerti q; triplicia illa bona matrimoniū pſefert: q̄ maxie expetūt i uita. honorē: utiltatē: uoluptatē: ut n. i societate ciulli nihil ē adulterio neq; turpi⁹: neq; pniciosi⁹: ita cōiugii sāctitate nihil hōesti⁹ nihil utili⁹. uñ maiora emolumēta bonaq; pueniāt. Quot adulteriis iuoluti uel pr̄imonia cōsūpserūt uel pr̄iam pdiderūt uel pierūt ipsi: At in cōiugii fœlicitate omnia sūt secura: oia fructifera: oia plena iucūditatis. Qui amor uel diuturnior: uel dulcior: q̄ q uiz uxorē q; cōiūxerit: Quæ amicitia uerior esse queat: q̄ quæ mutua & corporū & aiorū' beniuolētia cōiuges deiuxerit: Tu mihi ex omni hominū ætate tria: aut qtuor: aut ad sūmū quinq; amicoz paria i mediū referas q amicitiæ sibi nomē uēdicarint: q̄lis extitisse græci uolunt Theseū: & Perithoū: Orestē & Pyladē: Achillē & patroclū: Pythiā & Damonā: & ultimos Epaminundam & Pelopidā. At horū nemo se amici cā iteremit. Quid. n. morte horribilius: At uir clarissimus. T. Grachus tāta ē amoris uel sanctitate uel uæhemētia cōiugale mun⁹ pſecutus: ut ultro ipse mori sustinuerit: quo uxor Cornelia superstes foret. Quid. n. meminero Quitū planciū: q cū primū audisset uxoris obitū: pect⁹ suū trāssixit gladio. cūq; domesticoz iteruētu ne quod ꝑpetrare eēt agrestus: pficere potuisset: paulopost q; uuln⁹ fuerat alligatū: sciſſis fasciis soluit: & eo imiti dextra constantiq; diuulso mortem sibi conscluit. Et M. item Plancius ob Horestiliæ quoq; uxoris obitū: quæ illū sociorū classē sexaginta naulū in asiā reducentem ad Tarētū usq; prosecuta morbo ē oppressa:: iter eius osculandæ ungendæq; officiū: tantum potuit cōiugalis amoris charitas: ut districto gladio incūbens uitā deseruerit. Nec minoris uires coniugalis amor ostēdit in Porcia. M. Catonis uticensis filia: q̄ ubi primū accepit. M. Brutū uirū suū apud philippos uictū atq; interēptū: ardentis carbones hauriens: quoniā ferri potestas ois subrepta eēt: e medio sese ultro sustulit. Vt aūt cæteras nobilissimas fœminas breuitatis gratia missas faciā: qs Lacedæmōias illas nō maiorē i modū admiret: sūmisq; laudibus pſeq; studeat: q̄ exorato a custodibus i carcerē aditu ad uiros minias: extremo spiritu alloquēdos quos Lacedæmonit noctu morti destinarāt: pinde atq; regnū affectātis: cum ultaris cū illis uestibus: uelatisq; capitib⁹ p doloris: simulationē: eos abire passæ sunt sese ultro morti exponētes: qd Elissa Dido: nō ne

ut extincto uiro fidē pudicitiāq; seruaret in ardētissimū rogū se iniecit: Nā Artemisia regina carū uiri Mausoli obitū tāta tulit acerbitate: ut nō cōtēta illud ædificasse monumentū Alicarnasi in ppetuā illi⁹ memoriā: qd inter septē orbis terræ miracula nobilissimū numerat: uerū ēt ex ei⁹ caluaria facto poculo se uiri sepulchrū & haberi & ēē uoluit: utpote quæ illius corpus i puluerē uersū paulatim totum ebiberit: & assiduis fleti bus doloreq; cōfecta: p tabē e uita discesserit. Sācta ē pfecto pœneq; incredibilis mrimonialis beniuolētiæ charitas: quā q caste impolutecq; seruarint: digni habēdi sūt: de qbus nulla posteritas cōticescat: Nam utilitas quāta puēiat ex cōiugio: quid attinet pdicare: Vt.n. ē prudētis patrisfamilias augere quottidie substātiā suā quātū honestas patit: ita diligētis atq; frugi mrisfamilias mun⁹ ē eā domi & digerere & tueri. Q d'ubi sit primoniū in dies magis atq; magis āplificat. Et ē sane mrimoniū uiri mulierisq; cōiunctio secundū legē ob p creādos liberos: Non.n. ad lasciuiæ illecebras titillātisq; uoluptates institutū ē matrimoniū: sed ut regenerationi generatio pparet: ob eā. s. rationē matrimoniū nominatū: qd iccirco mulier debeat uiro nubere: ut mater fiat. Debet inquā decus matrimoniale id officii præseferre: ut & rē domesticā regat: & liberos suscipiat: nā hinc subsistit hūani generis ppagatio amicabilisq; societas. Et cōiugii quidē bona triplicia eē uolūt: fidē: prolem: sacramentū. Atq; fidei quidē ē: ne pter copulā coniugalē aut cū altera concubatur: aut cū altero: sed ut æque uir sua uxore cōtentus sit: atq; uxor uiro: quod tū certe fiet: cū pari se charitate prosequent. Ad quā q dem rē haud scio: an uxor longe q uir debet esse ppensior: Nā si pudorē mulier pudicitiāq; amiserit: qd reliqui habeat in se boni: nō intelligo. Quā me delectat Tertiæ Hæmilæi Africani superioris uxoris præcipua illa fides & ægregia charitas: qua in uirū usa phibet: Hæc.n. nō modo æquo animo ptulit uiri adulteriū in ancillulā: dū ēet in uita: sed eā quoq; post illius obitū libertate donatam liberto suo in matrimoniū dedit. Quanta uero æquanimitate splendidissimū continentiæ exemplū Liuia Tiberii atq; Drusi mater erga uirum Augustum fuerit: & græcæ: & latinæ decātāt historiæ. Vulutabatur.n. Augustus p oēm incōtinentiæ fœditatē. Quod si pari fidei sanctitate se cōiuges adamarint: nulla huiusmodi labes matrimoniū polluat. In prole uero aliud ē matris: aliud patris officiū: Debet.n. liberos mr cū charitate suscipere. benigne alere: religioseq; educare. Pater aūt illud meminisse duo eē hominū genera: alterū doctū & urbanū: alterū indoctum & rusticū: & hoc quidē pecudū eē simillimū: illud uero nō diuinū minus: ut ita dixerim: q̄ humanū. Est igit officiū boni patris filios iis instituere disciplinis: quæ libero hoie dignæ sunt: quo nō indocti & rustici: sed & doctissime etuditi eleganteq; uideant. Vel i hac in re mi Federice ad te ipsū oculos mētēq; conuertas. Teq; ac cæteros æqlis tuos diligētius despicias: cōsidereq; quātū inter te & illos interfit. Nōne cū aliqd more tuo loqris & grauiter & disserte te oēs taciti admirant ac sese ignauiæ inertiæq; accusāt: qd nihil sciāt: qd qd a se dici & q dici oporteat: ignorāt: Iraq; alii parētes incusant: q nullā gesserint curā sui. alii seipsos accusāt: qd tps p secordiā & desidiā labi passi fuerint. Quo fit: ut & honoreris ab æqualibus tuis: & a maioribus natu mirifice lauderis. Tuū igit fuerit: cū primū a mr se liberos accepis: eos erudire iis artibus: qbus & sapiāt recte: & bene ppositeq; loqnt. Nō.n. te pterit q̄tā uim habeat copia ornatusq; dicēdi: sī ab ingenio pficiscit & cōposito & bene morato. Quod aūt ad sacramētū attinet: ea cōiugibus cura uel maxia ē adhibenda: ne diuortiū fiat ne dimissus dimissaue cā plis alteri cōiūgat: sāctū inq̄ & impolutū matrimoniū eē debet: qd ut in oi uita mutua dilectiōe tueamur: illud ē pceptū nobis assidue memoria repetēdū: nec maritū habere potestatē sui corporis: nec itē uxorē sui eē arbitrii: sed utrūq; alteri pari q̄dā charitate obstringi ad pcreandā plē. cū neutri liceat cōtinere sese ubi alteruter nolit. Quo qdē iure & hic uxoratus & hæc maritata nō recte mō. sed & latine & elegāter dicit. Ita inq̄ cōiugatos eē oportet: ut sui similes gignāt. Et id sane fit nō solū hoium instituris: Sed naturali ēt q̄dam lege: sic.n. arbor arborē generat: & seges segetem: & animal ex se animal. Itaq; omni ē opa diligētiaq; studēdū: ne qd in pcellētia maritali nō agat mō: sed ne cogitet quidē: qd ab eius decoro deoq; abhorreat: sed oia & pudice gerant & pie. Iq; eo magis curandū ē: q; in bene cōuenienti coniugio situm uelut seminariū ē quoddā florentissimæ & pacatissimæ reipu. & eius quidē reipu. quæ cēsetur optima: Scimus enim tria eē genera administrādæ ciuitatis: populi optimatiū: regis secūdū triplicē societatē rei domesticæ: heri & serui: pris & filii: uiri & uxoris. Et h qdē societas regiā: q̄ præstat ceteris repsentat: at patris & filii eā q̄ dā optimatiū. nā populi principatus æq̄ hēt. atq; heri & serui. Et uester qdē reip. status ita ex optimaribus cōstat ut a regio differat nihil. Eū. n. dignitatis locū dux apud uos tenet quē apd lacedæmōios rex solebat. sed hac de re alias. Nec illud mihi uidet prætereūdū qd apud lacedæmonios Licurgi legibus cōstitutū legim⁹ Is.n. cū eos qui nubere uoluissent spectaculo interesse gimnicis i ludis phibuisset: addidisseteq; præterea ea ignominiā ut honore illo atq; obseruantia. q̄ a iunioribus præstabat in cōsensu senioribus: priuaret: lege tamē cauit: ne uir una cū uxore in eodē cubaret lecto: & id quidē. quo plurimū diei cū æqlibus una esset: at noctis qescere tot as: cū spōsa uel ad pcreādos liberos & clā cōgrederet & cū pudore. Quod ea ēt ratione licurgus cōstituit quo & corporibus melius ualerēt: utpote q̄ nimio coitu lāguescūt atq; ægrotant: & amor coniugalis assidue recentior redderet: & partus ipsi robustiores fierēt. At ipse tecū rē hanc nō ita ad uiuū reseco. Sed illud sane te admonitū ueli: nimiū istiusmodi cū uxore cōgressū nō solūm eē pniciosū & ad uires & ad bonā ualitudinē: uerū ēt ad pcreādos mares: nā quo ē semē calidius: eo est ad maris filios pcreādos accommodatius: q̄re usu ueri uidemus ut senes magisq̄ iuuenes gignāt mares. In cā uero id esse puto q; senes rarius coeūt q̄ iuuenes. hiuc fit: ut qd natura in iuuene potētius ē: id nimio ueneris usu reddatur frigidius: & ob eā rē ad marium pcreationē imbecillius. Sed hæc tu p tua prudētius moderabere. Cæterum tibi maiorē immodum gratulor: q; eā duxeris uxorē: cui nihil desit ad cōiugii dignitatē. Duxisti. n. puellā tum pbā & pudicā: tū ēt pulchrā ac nobilē: & cū dote nō uulgari. Quo fit ut uix sciā utri magis gratulādū cēseā spōsæne an tibi. Nā & ipse i tua repu. uirtutis pstantia cedes nemini: & bonitatæ formæ nō mediocriter uiges: neq; de

teriore Cornelius ex genere q̃ illa cõtaferia: nec minus q̃ illa opulenta. Efficiat igitur Deus optimus maximus: ut ꝓpitium sit uobis mrimoniũ uirum: ac idẽ facunditatæ liberorum & tucũdũ & fœlix. Vale ex Ticino idibus octobribus. Mcccc xxxix. ¶ ¶ Franciscus philelphus Aloysio Crotto. S. D.

AD sextum idus Octobres Ticinũ huc peruenit: ut ex nr̃o Catone sacco eloquẽtissimo iurecõsulto accepisti. Itaq; p tuas litteras certior fieri: cupio quid facere me oporteat: nã ego hinc pri⁹ pedẽ non mouebo: q̃ consilium tuum audiero. Vale ex Ticino. xvii. Kal. nouembrib⁹. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus philelphus Saxolo partensi. S. D.

QVæ tibi ex Bononia ob subitã abitionẽ meã rñdere nõ potui: nã cũ Inde soluerẽ, redditæ mihi sũt mihi litteræ tuæ: nũc ex Ticino uerbis paucis respondi tibi. Petis en i; qua rõne scurræ sint apud græcos βωμολοχοι bomolochi noiati: & itẽ q apud nos sũt quos græci ολεχίρους olechinos uocãt: & q loca eẽnt: q Athenis κύκλοι Cycli hoc ẽ circuli appellabãt. Bomolochos ꝓprie illos græci dicebãt: qui sub aras in sacrificiis sedere consueuerũt: ita noiatus ab ara q βωμὸ bomos uocãt & λοχεὶν locheiu: quod insidiari significat: qm̃ ad aras insidiarent utpote q cũ assentatione efflagitarẽt. Quãobrẽ & qui sacrificiis suscipiunt: tibicines & uaticiniũ ꝓfitentes bomolochi uocabãt. Et huiusce aũt rei translatione bomolochi ẽt ii dicti sunt: q apti ac faciles: atq; itidẽ humiles oia luchri gratia pferrẽt iocãdo cauillãdoq;: & ii quidẽ apud nos scurræ appellãt hoies sane inepti atq; cõtẽnendi: qlis ẽ hoc tẽpore apud florentinos Nicolaus Nicolus & Poggius bábalio: q ut sũptuosiorib⁹ cœnis interfint: a nullo sese scurriliratis gñe cõtinẽt. Qui uero a græcis Olechius ẽ appellatus crustis & spinis tectus petriscq; assuetus: hũc nri remorã uocãt: aqti le aial admodũ breue inquo tãta inest tñ naturæ uis: ut naui pernicius iter faciẽtẽ eius carnæ inhærẽs adnixusq; retineat: ac remoret: ob eãq; rẽ & a græcis Olechinus & a nostris remorã noiatũ: hẽturq; istiusmõi aial amatoriis ueneficiis infame: litesq; atq; iudicia dicit remotari: grauidaq; fluxus fiat ut utero: ac partus ad puerpium cõtinet: & id tamẽ in cibum addi ꝓhibetur: ut Plinius refert: huic spina est parua & oua amara ad qn q; numero: at ora in medio corpore atq; in terrã uersa. Præterea Olechino pedes eẽ Aristoteles asseuerat: utpote cui pẽnæ pedũ instar locatæ sint: q̃q̃ alii sũt q dicant eos spinis uti ꝓ pedibus: & ita ingredi: ut in urbem uoluãtur: itaq; de tritis sæpe aculeis inueniri: nã qm̃ futuros maris æstus præuidãq; pfugiant: hos correptis sẽ lapillis operire ut eo pondere stabiliatur mobilitas & ita spinas uolutatione atterere. At Mutianus muricem esse tradit purpura latiorem: cui rostr̃ neq; asperũ ẽ neq; rotũdũ: neq; in angulos ꝓdit: sed simplicẽ cõcham eẽ autumat: q̃ uno latere sese colligat. Trebius uero niger. L. Lucilli familiaris scribit hũc piscẽ haud eẽ pede lõgiorẽ: neq; digitis qnq; crassiorẽ: cuius ea sit uis: ut & nauis uẽtor̃ flactibus plenas sistat: & in sale si fuerit asseruatus: aurum quoq; q in altissimos deciderit puteos: ubi admotus sit: extrahat. Huius ẽt Luca. meminit lib. vi. suæ pharsaliæ inquiẽs. Nõ puppim retinẽs euro rudẽte rudẽtes i mediis olechinus aqs. hui⁹ meminit Theophrastus lib. iiii. de huiusmodi animalibus: ubi dicit echinorum tres esse species: ex quibus olechinos & magnitudine: & crassitudine cæteros ꝓstare: & est sane olechinus: quẽ meminimus: dictio q̃drisyllaba. at echinus dictio trisyllaba: est suauis esu: & paulo minor olechino: cuius ẽt iuuenalis meminit: ingens. Ostrea callabat primo deprehendere morsu: Et semel aspectu dicebat littus echini: præterea echinus apd græcos significat terrestre id animal: cui ẽ apud nostros hæricio nomẽ: qd ipsũ ab hærẽdo deductũ est: & æq̃ spinis hirsutus est atq; maritimus echinus. At circuli quos q̃ris ad postremũ: loca erãt Athenis: ut Dinarchus: cõtra Calleschrum oñdit: ubi aliqui ueniebãt. Id nomẽ tractũ ẽ a circulari circũsistentia uendendorum: quare Menander in ephesio ait. Itaq; ego mihi uideor p deos immortales in circulis uidere me ipsum idutũ currere circũ ac uenire. Habes a me paucis: q̃ petieras. Vale. & Leonardũ nostrũ arctinũ eruditissimũ & eloquẽtissimum uirum nomine meo saluere iube. ex Ticino Kal. Nouembribus. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus philelphus Ioanni ferufino iureconsulto & ducali iustitiæ cõsiliario. S. D.

NIsi te & amem: & plurimi faciam: sim apprime ingratus: utpote qui dilucide ꝓspiciã mea tibi omnia curæ esse. Consiliũ aũt inclyti nostri principis nõ admitto solũ: sed ẽt laudo: ut par est: ꝓboq; uæhementer. Itaq; tãtisp hic manebo: donec p eius litteras itellexero: ad qd̃ sim tps ad uos iturus Nã habitã eẽ diligentẽ ratiõem rei meæ pecuniariæ: ut mihi plurimũ cũducit: ita uoluptatis plumũ affert uel ea ratiõe: quod ne cogitãte me quidẽ: pinceps nõ sapiẽs min⁹ q̃ munificus ac benignus ita de me cõsuluit: ut nõ sim in exigẽda pecũia usurus aliẽis suffragiis: sed cõstitutis tpibus ex certo loco mihi satisfactũ eat. Quare ut eis uerbis gratias habeas immortalis: te maiorẽ in modũ rogo. Vale. ex Ticino. iii. idus Nouembres. Mcccc xxxix. ¶ Franciscus philelphus Ioanni Antonio Brixiano. S. D.

VEsperi mihi redditæ sunt litteræ tuæ. Itaq; cras ad uos ibo. Nam ante id tempus hic soluere nõ licuit: cum mihi in hanc diem nullus sit equus: Itaq; ignosce breui meæ huic moræ. Vale. ex Ticino. v. Calendas Decembres. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus philelphus Catoni sacco iureconsulto. S. D.

HOrtare Chrysolorinã meã ne miret: q̃ hic diutius q̃ arbitrabar: expectot Nã ita ẽ op⁹ facto quonobilissimo huic principi morẽ gerã: & id qdẽ i rebus nõ paruis aut cõtẽnẽdis: Sed & maximis: & pclaris. Itaq; ut bono aio sit: domũq; bene gerat: ea ꝓ tua prudẽtia ẽt atq; ẽt q̃ diligẽtissime ad hortare. Vale. cũ pudicissima uxore tua. Ex Mediolano pridie Nonas Decẽbres. Mcccc xxxix.

¶ Franciscus philelphus Honofrio Strozæ. S. D.

QVod fortassis apud uos nondũ increbuerit: ego apud hũc præstantissimũ principẽ Philippũ Mariã ex illis ethruscis turbulentissimisq; fluctibus tanq̃ i trãquillũ atq; securũ relicq; uitæ portũ me recepi: ubi oia mihi affatim sũt oblata q̃ nõ solũ ad emolumẽta: sed ad dignitatẽ attinẽt: ut mihi lice

ret tecū oia libere cōmētari:q & ipe uellē:& tua nosse itereſſet. Sed tēporū ē habēda atq hominū ratio. Nec enim me latet:ubi locorū es:& q̄ tibi cauēdū ſit:itaq ferā æquo aio deſyderiū meū. Ceterū illud unū nō reticebo principem hunc meum & patri tuo clariſſimo uiro & tibi & uobis omnibus optare omnia pro uoluntate uſa:atq nihil magis cupere q̄ in omnibus rebus uobis peregregie prodeſſe. Tu ſi quid eſt: quod a me uelis:fac ut ſciam:& factū puta. Vale ex Mediolano nonis decembris. Mcccc xxxix.

¶ Franciſcus philelphus Ioanni Antonio brixiano. S.D.

RENūciabis principi noſtro:quæ mihi mandarat:nō minore diligētia:q̄ fide me plecutū eſſe:ſperoq futurū ut ad paucos dies certe alqiuid aſſeratur. Id cū erit:cōtinuo ad uos ibo. Interea temporis nullum officium prætermittā. Vale. ex Ticino. v. idus decembres. Mcccc xxxix.

¶ Franciſcus philelphus Ioanni Auriſpæ. SD

TV ſemper aliquid petis. In ſeruis aūt raro. Quid hominis ſis ignoro. Petis a me Diona pruſiēſem quē equidē dabo ad te ꝓpediē ea lege:ut eū aliquādo patiaris ad nos redire: Ibit. n. codex ille ad te mutuo:nō dono. Quāobrē facito:ut ex cōmodo tuo nihil mihi tandē incommodes. Tuſcanellam noſtrū opto bene ualere. Vale. ex Ticino idibus decembribus. Mcccc xxxix.

¶ Franciſcus philelphus Petro Ioanneto philoſopho ac medico. S.D.

ROgo te maiorē i modū:ut meū Virgilii codicē ac itē cōmētatorē Seruiū cures q̄primū bononiā pferri:& Alberto zancario cōi amico noſe meo reddi. Id qđ i hāc diē nō feciſſe te nō poſſū ñ mirari. Nec. n. debes oblitus eſſe:& qd mihi:cū iſtic abirē:corā recepis: & qd poſtea ad te ſcripſerim. Fuerit igitē officii tui:ne diutius litteris meis ſolliciteris: idq ut facias abs te nō ꝓpeto ſolū:ſed ēt cōtēdo. Vale. ex Ticino. xv. Kal. Ianua. Mcccc xxxix. ¶ Franciſcus phi. Alberto zācario. S.D.

LItteras meas ad Petrū Ioannetū illuſtrē philoſophū ac medicū:ut ei reddēdas: Senæ diligēter: cures:ēt atq ēt a te peto: Facitoq:ut p tuas quoq lras intelligat deſyderari officiū ſuū in teſtituēdis mihi codicibus meis & Vergilii & Seruii. Tu rē oēm tenes:ueq quod peto:eo ſcribito accuratius & grauius:q uereor eius liberos eſſe i cā:quominus mei codices ad me ierint: Nā ille & uir bonꝰ eſt:& amicus. Mea hic oia & ſcda ſūt & læta. Nam & huic nobiliſſimo principi ſuꝰ chariſſimus & cæteris omnibus:qui auctoritate & dignitate ualent:admodū iucūdus. Vale. ex Ticino. xv. Kal. Ianu. Mcccc xxxix.

¶ Franciſcus philelphus Catoni Sacco iureconſulto. S.D.

NStituerā hodie redire ad uos:ſed iuſſu principis ante diē tertiū hinc mouere pedem nō licet. Itaq monebis uxorem Chryſolorinā:ne qd mireē turbeturue:q minus ad dieconſtitutum iſtuc reuerterim. principi. n. parendum eſt. Vale. ex Mediolano pridie. Kal. Ianuarias. Mcccc xxxix.

¶ Franriſcus philelphus Petro Michaelli equiti auratō ac iureconſulto. S.D.

CVm idoneus eēt oblatus nūcius:cui meas ad te lras darē:uiſus es admonēdus:id qđ fortaſſis haud ignoras te apud hūc humaniſſimū principem noſtrum ualere auctoritate plurimū. itaq tibi opera danda eſt ut bene promerearis. Quod ſi feceris permagnum es fructum perſecuturus. Reliqua tū coram ex hoc iſtō nuncia cognoſces:nō. n. oia cōmittēda ſūt litteris: Vale. ex Mediolano ptidie kal. ianuarias. Mcccc xxxix. ¶ Frāciſcus philelphus Catoni Sacco iurecōſulto. S.D.

HEſterno ueſpi cū uniuerſi aulici pmagnaq nobilitas eēt i arce pricipis Cæſarei huius noſtri in cænaculo:cui eſt uiridi cognomētū: celebrata ē annua illa pēpa cōmēdādi trūci uulcano: principe ipſo nō pſente mō:ſed ſolēne ēt feſtū in primis agitante:ornāteq:hoc aūt mane:q primus eſt ianuarii dies:cū primū illuxiſſet:oēs in eādē arcē & i idē cænaculū cōuenimus:& inde ppauci: quorū ipe nūero ſū aſcriptus:In cænaculum ſumus accerſiti:qđ nobiliū appellatur. hic tādiu expectauimus:donec prādiſſet priceps. prādet. n. ſemp in aurora:aut ēt aliq̄to priꝰ interdū:nā q pauciſſimi eſt ſomni:añ lucanū tps nūq eū offendit in lecto. A mota uero meſa:cōtinuo donata eſt uniuerſa nobilitas auliciq oēs quot quot i utroq cænaculo oppiunt uariis munerib⁹ ꝓ dignitate cuiuſq & gſa apud pricipē. Dona ſūt oia ānuli aurei cū gēmis aut pyropis:aut adamātib⁹. Ego pulcherrimo ānulo cū adamāte in pyramidē ſurgēti donatꝰ ſū:& eo qdē nō mediocris pcii. Hūc:q pcioſior ſit & melior i aureis metallis inueri uolunt:eſſeq primū oium reptū in his metallis q̄ in æthiopia ſunt inter Mercurii delubrū:quē græci:ερμῆν. hermen uocant: & Meroen inſulā:q maior nō ſit cucumeris ſemine hēreq tātā in ſe uim:ut iuxta magnetē poſitꝰ ferrum ab eo extrahi nō patiatur:aut abſtractū ad ſeſe rapiat:ac tanq auferat. Sūt ꝓterea adamātes aliis i locis reperti ut in india quæq ſit magnus ac nucleus auelanæ:cui ſimilis eſt:q naſcit in Arabia:ſed aliq̄to minor. Reperit ēt adamas in Macedonia in philippico aruo oli inuētus:q cucumeris ſemini ē par magnitudine ut alter ex antedictis adeo paruus eſt:ut milii magnitudinem noñ excedat:a quo ēt nomē accepit:qppe q cēcros ſit appellatus. Habet alter in Cypro:q colorē æreū repſentās in medicamine plurimū ualet. Eſt ēt adamas cognomine ſiderites:qđ ferrei ſit ſplēdoris:cæteris adamātū generibus pōderoſior:ſed diſſimili natura:utpote q & franganꝫ ictibus:& adamāte alio pforet eo:q Cyprius eſt. Et cū pcioſior adamas & igni ſit & ferro indomitus:adeo ut adamas appellet:cædit tamen hyrcino ſanguine: hoc. n. ſi recens caliduſq fuerit: macerat⁹ & ictibus tādem cædit & incudibus. Voluntq in adamante tantā ineſſe uim:ut & uenenis ui auferat & lymphationes metuſq uanos abigat atq expellat & hominum mentibus. Sed hæc de adamante fortaſſe pluribus:q̄ opportuit. Cætera cum uenero: inter nos commentabimur:nam ego mihi uideor fortunatiſſimus:q huic me diuino principi ſentiam me chariſſimum:plura enim ſunt quæ non recte litteris committantur. Cras ad uos redibo. Vale. ex Mediolano kal. ianuarias anno a Natali chriſtiano. Mcccc xl.

¶ Franciſcus philelphus Bornio Salæ iureconſulto. S.D.

DEſideriũ de me tuũ me nõ iniuria plurimũ delectat. Eſt. n. plenũ amoris p̃cipui erga me tui: Sed ueli: ſcias mutuũ eẽ amorẽ noſtrũ planeq; ſingulatẽ. Non. n. magis me deſyderas: q̃ deſyderaris a Philelpho. Dii malefaciãt factiõib⁹ uſis: qbus diuina oia hũanaq; cõfũdũt. Iã iterũ ad uos iui: eo ſane cõſilio: ut a uobis nũq̃ decederẽ. Sed neſcio: q̃ uel hoim puicacia: uel fatali aſtro ſit factũ ut his iciderí i atrociſſimas ueſtræ reipu. ꝓcellas atq; tẽpeſtates. Muſis inter arma nuſq̃ bene cõſultũ eſt: ſed Bononiæ longe periculoſius. Itaq; habenda nobis fuit ratio & dignitatis: & quietis. Ego ſuſſu principis mei adhuc ago papiæ: ad paucos dies Mediolanum petiturus cũ uniuerſa familia: Vbi omnia mihi parata ſunt & ad commodum & ad dignitatem. Vale. ex Ticino tertius idus ianuarias. Mcccc xl.

¶ Franciſcus philelphus Petro Thomaſio philoſopho ac medico. S. D.

AM mihi integrũ nõ ẽ: ut tuo utar cõſilio: Sũ. n. huic excellẽtiſſimo principi obſtrictus nõ ſolũ fidei ſanctitate: quã præterire nõ licet: ſed maximis ẽt beneficiis: qbus ſi abuterer: poſſẽ iure ingratitudini obnoxius fieri. At emori malim q̃ ulla uel minima inuri nota infamiæ. Itaq; rogo te p̃ in diſſolubile amicitiæ noſtræ uinculũ: ut me dignitatis meæ rõnẽ hr̃e patiare. Nã quo pacto me amicitia tua dignũ iudicares ſi forẽ iniuſt⁹. Quod ſi iuſtitiæ fũdamẽtũ ẽ fides: pater æquo aio: qđ p̃miſſa atq; cõuẽta inuiolate ſim ſeruaturus. Mors ipſa dũtaxat nos ab hoc principe abſtrahet. Et meũ in te amorem nulla neq; fortũa: nec tempoꝝ mutabilitas labefactabit. Vale. ex Ticino pridie Cal. febru. Mcccc xxxx.

¶ Franciſcus philelphus Aloyſio Crotto ducali ſecretario ſenatoriq;. S. D.

OPortune mihi redditæ ſunt exoptatiſſimæ litteræ tuæ. Nam hic diutius eẽ: nõ poteram non moleſte ferre. Nõ. n. te latet: quo ſueri cõſilio ex urbe Sena primũ: deide ex Bononia a nobiliſſimo principe accerſit⁹. Ventã autem cũ uniuerſa familia oiq; ſupellectili Mediolanum intra quatridum. Miſi enim iſtuc: qui ædis mihi cõduceret. Vale. ex Ticino. iiii. idus februarias. Mcccc xxxx.

¶ Franciſcus Philelphus Alberto zancario. S. D.

VT ſcias: quẽ i locũ miſſurus poſthac ſis tuas lr̃as: ego nudiuſtertius cõceſſi Mediolanũ cũ uniuerſa familia rebuſq; meis oibus. Eſtq; aduẽtus me⁹ cũ ab hoc p̃ſtãtiſſimo principe: tũ ab uniuerſa repu. Exceptus ptuctide adeo: ut unus philelphus oibus ſit in honore. Mirabile dictu ẽ: q̃ ſum honorat⁹ ab omnib⁹: Bene cœpta ſecũdet deus.. Quod ſi fiet: nemo me unũ neq; fortunatior: neq; beatior. Vale. ex Mediolano idibus februariis. Mcccc xxxx.

¶ Franſcicus philelphus Saxolo pratenſi. S. D.

SCribis mirari te: quid ſtoicis philoſophis in mentẽ uenerit: ut cũ his q̃ corpori ſunt fortunæq; tributa. ſelectionẽ poſuerint: minus ea neq; bona uoluerit: neq; mala appellari: ſed altera cõmoda: altera icõmoda: & ut ipſi appellãt. αΔιαφορα adiaphora: hoc ẽ in differẽtia: qđ & bene uti illis qs poſſit & male. Poſſẽ hac de re tibi rõnes nõnullas oſtendere: q̃s tũ ob tpis anguſtias. tũ ob occupatiões meas in p̃ſentia miſſas facio. Sed eã tu unã minime negaueris. Quod ſua natura bonũ ẽ: eo meliorẽ hominẽ reddit: quo magis creſcit in cumulũ: id qđ đ oi uirtute tã actiua q̃ cõtẽplatiua licet intelligi. atcõmoda tã corpis q̃ fortũæ tãto reddũt hoies ad maleficium prõptioris: q̃to fuerit ampliora. Alios opes ingẽtes ſupbos reddunt: alios incõtiuẽtis. Ita regni magnitudo in tyrãnida cõtumeliãq; excedit. Idem de corporis uiribus atq; pulchritudine: idem de his oibus dici poteſt: quæ uel fortunæ: uel corpori tributa dicunt ſplendida. Velim: mihi aliqem ex his uirum bonum oſtendas hoc tempore: qui uel formæ præſtantia cæteros antecellunt: uel diuitiis ſunt & potentia aliis ciuibus ſuperiores. Pudet me dicere qđ ueriſſimum eſſe in omnibus fere animaduerti. Et dicam. tamen. Non modo uir opibus abundans non eſt bonus: ſed & ſupbus & contumelioſus. Pulchri omnes laſciui ſũt & muliebres. Vale. ex Mediolano Cal. april. Mcccc xxxx.

¶ Franciſcus philelphus Antonio Panhormitæ. S. D.

IAm ditior factus es: id quod ea coniectura aſſequor: quod te ſuperbiæ obnoxium facias. Nã dum nihil reſpondes homini amiciſſimo tot a me litteris inuitatus: quid aliud eſſe rear in cauſa: q̃ ſupbiã: At ne illud te lateat. uelim: in quo plus eſt fortunæ: in eo min⁹ eſſe uirtutis. Quare tibi cauẽdum eſt: ne dũ pecuniis diligentius inuigiles: negligẽtiorem te præſtes circa ingenii probitatiſq; præſtantiam. Vale. ex Mediolano pridie idus maias. Mcccc xxxx.

¶ Franciſcus Philelphus Leonardo Iuſtiniano. S. D.

ADhortationem tuã & ſi bonã i pte accipio: eiuſmõi tamẽ ẽ: ut ea hoc tpe utẽdũ nõ ſit. Nõ es. n. neſcius decere prudentẽ uirũ tpis hẽre rõnẽ: itaq; rogo te: ne qd poſthac eiuſmõi ad me ſcribas: qđ iure queat reꝑhẽdi. Præterea cũ oibus i rebus tũ i p̃miſſis ſeruãda ẽ conſtãtia. Quid. n. leui hoie magis cõtenẽdũ: ingeniũ tibi meum iãpridem cognitum eſſe oportet: qppe & itus me noris nõ minus. q̃ incute: ſeruata fide: nihil eſt: qđ tua cã factur⁹ nõ ſim. Vale. ex Mediolano cal. maiis. Mcccc xxxx.

¶ Franciſcus philelphuus Petro Thomaſio philoſopho ac medico. S. D.

QVod afficiaris maxio deſyderio uiſendi mei: hẽo ſane exploratiſſimũ uel ex ea cõiectura: quã de me ipſo facio. Qui. n. nõ deſyderẽ te & uiſere: & cõplecti: & exoſculari: q cũ uetere eaq; ſũma beniuolẽtia ſũ cõiũctus: accedit ꝓterea uirtus tua & doctria & eloquẽtia & merita citro ultroq; collata quibus plane fit: ut noſtra utriq; memoria nullo nec locorum nec tẽporũ interuallo extingui queat cæterum quãdoquidẽ quod uelim⁹ fieri negt id uelimus quod queat: neceſſe ẽ. Vtẽdum igit nobis mutuo ſcribendi officio: ut quod lingua nõ poteſt: arũdinis præſtet uiciſſitudo. id & facillimũ ẽ utriq; noſtrũ & iucũdũ in primis. Et quo initium detur huiuſmodi muneri. peto abs te: ut me facias certiorẽ de rebus orientalibus maximeq; de Turcis: ſi qđ habes noui. Vale. ex Mediolano. iii. nonas iulias. Mcccc xxxx.

¶ Franciscus philelphus Ioanni Cornelio. D. S.

¶ Franciscus philelphus Antonio raudensi theologo. S. D.

VId ego sentiã de his: quæ abste in lactantiũ firmianũ scripta sũt: dicã eqdẽ breuiter: nec tibi mẽtiar: petis. n. ut audacter tibi apiã iudiciũ meũ de his: quæ i firmianum Lactantiũ scripsisti. Obtẽperabo uolũtati tuæ: id qd ẽt si minus esset abs te petitũ: minime subricuissem. Nõ est boni uiri reticere ueritatẽ: præserti eã: quæ deprauata si fuerit: nocere pluribus põt. Vellẽ eqdẽ pater optime ab oi istiusmõi scribẽdi genere te cõtinuisses: neq; cũ isaniẽti cãdido decembre desipe ipse uoluisses. id certe fuisset & ordinis & dignitatis tuæ. Quæ. n. p imortalẽ deũ phanatica rõ te commonuit: ut pinde atq; ifesto quodã atq; inimico afflatus spiritu: in; uirũ illũ doctissimũ: atq; disertissimũ tã insolẽter: tã iniuste: tam impie iuehereris: ut nõ res solũ pœne innumerabilis: cõsulto male interpteris: sed nomẽ ẽt uiri deprauare studueris: utpote quem Lactensiũ pro Lactantio nomines: Nã de reb⁹ ipsis quid loquar: quas uel quæris notas dũ corrũpere laboras: te oĩbus eruditis & grauissimis uiris ridiculo pbes. Pudet me profecto ea i mediũ pferre quæ a te nõ iepte minus q̃ perperã notata sũt atq; repræhẽsa. Rogo igr̃ te ut hac in re Aureliũ Augustinũ

imiteris. Retractauit ille uir æquæ ſappiens ac ſanctus: quæ iprudēter errauit. Retractat ēt tu: ſi tibi cōſtas q̄ ſciens uolensq; male ſcripſiſti. Quod ſi feceris: nō modeſtiæ & uerecōdiæ min⁹: q̄ ſapiētiæ laudabere. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. iii. Kal. Ianuarias. Mcccc xliii.

¶ Frācisc⁹ Philelph⁹ Saxolo pratēſi. S. D.

QVid iterſit inter στρατια ſtratia penultia ſyllaba per ei diphotongon ſcripta & cū accētu acutu & στρατια ſtratia penultia ſyllaba ſcripta ſine diphthōgo & ultia ſyllaba accētuata. expediā breuiter Quā nos expeditionē dicimus i re militari: ea græci ὁτρατεία uſtrateiam noiant: Nam στρατια ſtratia ſine diphthōgo i penultia & cū accētu i ſine exercitū ſignificat. Χιλιαρχος chilarchos uero ad uerbū millenarius eſt: ſed in Romanis hiſtoriis p tribuno militū ita ſemper acipiunt: ut Δημαρχος demarchos pro tribuno plebis. Vale. Ex Medioluno. iii. kal. Ianuarias. Mcccc xxxiii.

¶ Franciſcus philelphus Franciſco Barbaro. S. D.

NOn equidē ignorabam fore: cū Kyriacū āconitanū tibi eēm commēdaturus: ut diceres agi ab me acta quippe cui ipſe nulla ēt mea cōmēdatiōe cōmēdatiſſimus ſit cū uirtute ſua: quæ haud ē uulgaris: tū ea diligētia: qua in ſuſcitādis mortuis unus oim prius utit: Quem. n. unq̄ huiuſmodi laborem ſuſcepiſſe aut audiuimus: aut legimus: ut ex uniuerſo prope terrarū orbe quicquid i ullis uſquā lapidibus notatū litteris aut græcis: aut: latinis unq̄ fuerit: id reportarit ad noſtros: Vere eo is tibi hoc tēpore gratior eſſe debet: quod ad te barbarū refert nōnulla pulcherrima Epigrāmata: quæ apud barbaros Aſiæ populos repperit: Ex quibus ipſis habētur pleraq; memoratu digna. Quare: hunc huminē ita tibi cōmendo: ut intelligas mihi quoq; eſſe cariſſimum. Vale. ex Mediolano. iii. Kal. Ianuarias. Mcccc xliii.

¶ Franciſcus philelphus Leonardo Iuſtiniano. S. D.

CYriacus Aconitanus cū Venetias peteret: a me petiit: ut ſe tibi per litteras cōmendarē. Id feci eo libentius: q; nō eſſem ignar⁹ hominē tibi fore nō iniucūdū: p̄ſertim q; ferat ſecū nōnulla priſcæ uetuſtatis monumēta: & eulogia: & epigrāmata: & alia plæraq; ſcripta: q̄ ex lapidibus uetuſtiſſimis in Aſia Græciaq; collegit. Hūc igit uix: ita uelim: & uultus hilaritate: & ſermonis comitate excipias: ut eos ſoles: quos dignos exiſtimas: ab quibus tuū ſplendidiſſimū nomen p orbē terrae lōge lateq; prædicet. Nunq̄. n. quieſcit Cyriacus: qui eam ſibi ducit queſtuoſiſſimā mecaturā: ſiquid ab primis illis uſq; arcadib⁹: quo ante ſolē & lunā extitiſſe fabulātur. memoria dignū inuenerit: in Italiāq; aduexerit. Quid ſit opus facto: intelligis. Vale. ex Mediolão. iii. calen. Ianuarias. Mcccc xliii.

¶ Franciſcus Philelphus Ioanni Auriſpæ. S. D.

EGo ipſe bene habeo: & te ex litteris tuis bene ualere audio. itaq; utriq; noſtrū & gratulādū iuxta & lætādū eſt: id qđ ut q̄diutiſſime fieri liceat: uæhemēter opto. Vale. ex Mediola. iii. calē Ianuarias. Mcccc xxxiii.

¶ Franciſcus philelphus Ioannocio manetto. S. D.

COmmunis ille familiaris noſter me corā monuit tuis uerbis: ut a barbadoris mihi cauerem: qm̄ occulti neſcio qd cōſilii habent cum is hominib⁹: q mihi uel nullo errato meo infeſti ſunt. Habeo tibi gratiā mi ioannoci. q nulla fortunæ incōſtantia deterreris quo minus mihi ſemp bene cōſultū cupias. Cæterq; eſto bono de me animo: Nā ita munitus ſum: ut nullæ hominū inſidiæ mihi poſſint incōmodare: quippe q & prudētiæ utor armis: & apud eum ſum principem: qui uel dormientibus nobis: omnia rimet: omnia cuſtodiat: adeo ut nullus omnino ſit locus inſidiis. Cōſilium tū tuum non modo nō cotemno: ſed facio plurimi: amplectorq; libnetiſſime. Et operā dabo: ut reipſa intelligas nihil frūſtra ſcripſiſſe te. Vale. ex Mediolano tertio Kaldas Ianuarias. Mcccc xxxiii.

¶ Franciſcus philelphus Iacobo conſtantio equiti aurato. S. D.

VNas tandē aliquando lras tuas accepiſſe me duco equidē miraculi loco: putabā. n. te nullū iā ēē quod tādiu nihil pro tua priſtina cōſuetudine mecū obſtreperes cæterū ita ſolēt pleriq; oēs fortūati: q lætiſſimis in rebus nō amicōr mō. ſed ſuiipſorq; obliuiſcunt. Quod autē mihi fortunā meā gratuleris: id tibi licet facere merito. Sū equidē apud ſapientiſſimū munificēriſſimū huius tēpeſtatis principē: & eūdē optimū ſane uirū ducē hūc Mediolani Pphiliphū mariā. Petis ut huic te & notū & cōmēdatū faciā. Id mihi facillimū factū eſt. At faciā certe. Vetū mihi declares. uelim. quæ tibi ſit mēs: q cogitatus: tui: quo intelligā: quid tibi agēdū ſit. Hæc a me ſunt nō temere ſcripta. Si te mihi penitus recluſeris: potero tibi fortaſſe cōſiliū dare nō inutile. Vale. ex Mediolano pridie Cal. ianuarias. Mcccc xxxiii.

¶ Franciſcus philelphus Arberto zancharlo. S. D.

DEſyderare te lras meas æquo aio facileq; patior: quippe qui exiſtimē abs te amari me plurimū. Miror tamē: quid ſerius adeo mihi ſcribis. Cām reiectas: ſcio: i occupationes tuas. At debes me quoq; arbitrari minime eē otioſum: itaq; officiū meū aut tibi nō eſt acuſandū. aut tuū tibi minime probandum. Vale. ex Mediolano pridie. calendas Ianuarias. Mcccc xxxiii.

¶ Franciſcus philelphus Bornio ſalæ iureconſulto. S. D

PEr iucundæ fuerūt mihi lræ tuæ uel perbreues: fuiſſentq; lōge iucūdiores: ſi attieū te q̄ lacōicū maluiſſes. cæterū ne ſis me quoq; breuitare ipſa ſuplor. Vale ex Medio. pridie cal. ianua. Mcccc xxxiii.

¶ Franciſcus philelphus Pallanti Strozæ equiti aurato. S. D.

CVm nihil nos inter nos ſimus aliud cōmēraturi q̄ de muſis & litteris: neſcio: ad nobis uerendum ſit: quo minus priſtinā illā noſtrā & familiaritatē & beniuolētiā & mutuis lrar officiis repetam⁹? Sane plurimū me delectat: q te totū philoſophiæ ſtudio dēditū audio. Quid. n. magno uiro dignius: quid illuſtrius: quid ēt iucūdius: q̄ aſſidue animū alere bonis artibus: Quæ fortunæ appellant bona fluxa omnia caducaq; ſunt. Solum animi bonum quod in uirtute poſitū eſt & in rerū incōmutabilū toti-

uſq; naturæ pſpiciẽtia reddit humanũ genus & imortale & beatũ. Itaq; nõ põſſu; nõ maiorẽ imodũ lauda re iſtitutũ nobiliſſimũ tuæ pacatiſſimæ uitæ. Tibiq; uæhemẽter gratulor: æq̃nimitatẽ tuã prudẽtiſſimumq; cõſiliũ: qd aliq̃ te totũ tibi uẽdicaũeris uacuus oi ſtrepitu & faſtidio ambitiorũ ciuiliũ & humanaꝝ ſollicitu dinũ. Vtinã idẽ mihi liceret hoc tpe: quod tibi uni. Quatenus tamen licet: ipſe ẽt uiuo mihi. Et quicquid ab officio ſurripio mihi otii: id totũ philoſophiæ dedico. Meq; ad ſcribẽdũ cõuerti totũ: quo nõ præſentib⁹ mo do: ſed etiam poteris natus fuiſſe uidear. Vale. ex Mediolano Calẽdis Martiis. Anno a Natali chriſtiano. Mccccxliiii.

¶ Franciſcus philelphus Iacobo conſtãtio egti aurato ac iureconſulto. S. D.

GVm eḡdẽ ſuauiſſimas tuas lr̃as ſuauiſſime oſculat⁹: utpote ḡs refertas ad me dediſti cũ tuis ſua- uiſſimis ſalibus: tũ exuberãti quadã erga me beniuolẽtia. Q d ãt cauillaris me: qm̃ opulentior fa ctus ſim: oblitũ eẽ tui: uideo te q̃urbaniſſime locari mecũ. Nã quo pacto obliuiſcar tui? quem & Senæ prio: & dein Bononiæ: cũ utraq; in urbe ptorẽ urbanũ gereres: non mõ ſtudioſiſſimũ mei: ſed qd tuæ erat hũanitatis obſeruãtiſſimũ eẽ aĩaduerterim. Q d aũt ais me opulentũ factũ rides: tu ſane in geniũ meũ: quẽ noris a nulla re magis alienũ: q̃ a cumulãdis pecuniis. Nec me latet eẽ nõnullos: q mihi ui tio dent meũ hũc rei pecuniariæ cõtẽptũ: præſertim q̃ exiſtiment diuitias i omne uitæ genus expedire pluri mũ cũ eẽ eas dicãt ornamẽta pacis & ſubſidia belli. At ego mihi bellandũ nũq̃ cenſui: nec itẽ uolo: ni fortaſ ſe cogar rñdere laceſſitus. Sed huiuſmõi belli genus nõ enſe geritur: nec iaculo: ſed ligua & arũdine. Ad id nullis diuitiis eſt opus. Nã in pace mihi ea uidenť pulcherrima ornamẽta: q̃ ingenii ſplẽdor: q̃ magnitudo uarietaſq; doctrinæ: q̃ dicẽdi copia maieſtaſq; pſtiterit. Huiuſmõi ego ſtudiis delector plurimũ iacobe cõſtã ti: quoꝝ diuitiis me cuperẽ: opulentũ iure poſſes appellare. Voluntate certe p̃xie accedo. Cæteꝝ illud tibi auſim affirmare nihil oĩno eẽ uel ad uirtutẽ: uel ad optimas diſciplinas cõtrariũ magis: q̃ diuitiaꝝ opũq; ma gnitudinẽ. His. n. mortales ad libidinẽ: ad iſolẽtiã: & ad multa uitioꝝ gña ipellunť. Quotũquẽq; mihi dede ris ex oi hoium memoria q & ditiſſimus idẽ fuerit: & uir optimus? Poſſim ego tibi inumerabilis p̃pe i medi um afferre: quos magnitudo pecũiæ ad extrema ſcelera ipulerit. itaq; ſiue ſerio loquaris: ſeu loco: ego ita me met inſtitui: ut nulli pecuniario quæſtui unq̃ ſeruiã: ſed dorminer poti⁹. Tu: certo ſcio: de te tibi multo ſecus inſtituiſti. Nã qui uoluptarius factus es: pecuniis multis carere nõ potes: quo tu iſti latiori uentri obſequaris? At nobis q uiliorib⁹ utimur obſoniis: nulla opus eſt pecuniarũ copia. Paucis. n. cõtẽti ſumus: pluriſq; lactu cã & pyrũ facimus: q̃ cinama ac zucharũ. Nullo delectamur mulſo: ſed aut aqua pſæpe mera: aut uino: & de bili: & dilutiſſimo: id qd ſi nõdũ uictus noſtri memoriam amiſiſti: meminiſſe ppulchre debes. Sed hæc inter nos locati ſimus. Tu: uelim: me cõmonefacias: ad qd tp̃s es neapolim petiturus. Nã cõſiliũ iſtud tuum nõ poſſum non plurimũ p̃bare. Es. n. apud eũ regẽ futurus: qui cũ nulla uirtute uacat: tum benignitate ac mu nificentia cædit nemini. Vale. ex Mediolano pridie idus iunias. Mccccxliiii.

¶ Fraciſcus philelphus Petro Thomaſio philoſopho ac medico. S. D.

ACcuſas me negligentiæ: qd eqdẽ pmoleſte ferrẽ: ſi cuiq̃ me noſſẽ in diligẽtiæ obnoxiũ. Nã qs all us me uno in ami cos diligẽtior: At nullæ meæ iãdiu lr̃æ tibi fũt redditæ: q̃ſi aliqd tu mihi p̃diu ſcripſeris: cui uicẽ ipſe minus reddideri: noli ig̃ ea torq̃re i me tela q̃ iure optio retorqueãt in te Cæterũ iſtiuſmõi deſyderiũ tuũ nõ difficulter me expleturũ polliceor: q̃tẽus p tẽpoꝝ cõditionẽ mihi licuerit. It tũ ſiat ſi ois ſermo noſter: ois ſcribẽdi cõſuetudo de muſis futura: ſit: & de his rebus: q̃ nihil habeãt cõe cum publicis actiõibus. Egotqd ſcire poſtulas bene ualeo: meaq; fortũa cõtẽt⁹ ſu;. Pauca appe tenti: pauca ẽt ſatis fũt quottidie mutare cœlũ hominis eẽ duco & icõſtãtis: & moroſi pſerti ubi id ab re fiat. Vale. ex Mediolano Kalendis iuliis. Mccccxxxxiiii. ¶ Franciſcus philelphus Ioãni auriſpæ. S. D.

NOui ex ipſa uſq; Cõſtãtinopoli eſſe tibi recõditos nõnullos Theophraſti libros: & eos maxie: qui περὶ φύτων ſcribũť. Hos ego mihi excribi cupio. Eſtq; mihi cõmode paratus librarius græcus. Itaq; rogo te: ut codicẽ illũ mittas ad me q̃primũ rediturũ itẽ ad te p̃pediem. Noli: obſecro: ullã excogitare cãm aut cõfictã: aut ueriſimilẽ: q̃ fretus: mihi minus morẽ geras: ne ipſe itẽ cũ meo ali quo uolueris uti officio: par pari referre cogar. Vale. ex Mediolão. xv. Calendas auguſtas. Mccccxxxxiiii.

¶ Franciſcus philelphus Saxolo pratenſi. S. D.

NOn idẽ eſſe τοψεῦδος λεγεῖν καὶ τοψεύδεσθαι ſextus empericus libro prio de grãmatica aptiſſime docet. Nã ψεύδεσθαι hoc ẽ mẽtiri: tũ exiſtimamur: cũ id dedita opa facimus i alteri⁹ fraudẽ atq; detrimẽtũ: cui mẽtimur. At ψεῦδος λεγεῖν hoc ẽ mẽdaciũ dicere: ẽt ad eius utili tatẽ: cui dicimus mẽdaciũ: fieri a nobis põt: id qd & parẽtes & filios: & medici i ægrotos obſerua re plerũq; cõſuerũt. Multa. n. quãdoq; dicũt: q̃ norũt nõ eẽ uera: & dicũt tñ: ut illis uel admonitiõe uel exẽ- plo uel ſpe aliq̃ p̃ſint. Præterea metiẽdo nõ ipſi fallimur: ſed ſtudemus alteꝝ fallere i eius detrimẽtũ. At dũ mẽdaciũ dicim⁹: tũ ẽt ipſi fallimur: dũ nos uera loq arbitramur. Vale. ex Mediolão nõis augu. Mccccxliiii.

¶ Franciſcus philelphus Leodryſio Cribello. S. D.

MIror: qd tibi i mẽtẽ uenerit: ut ex Papia lr̃as ad me dederis: q̃bus petis: habeã ne: quicq̃ exploratũ ac certũ: cuiuſmõdi legẽ tuliſſet Otho ip̃ator de cõſeſſu ordinis eq̃ſtris in Theatro: & q̃ itẽ fuerit lex iulia: & q̃ ſcatinia. Quid. n. te nõ miret: q cũ habeas iſtic iurecõſultoꝝ Homerũ Catonẽ ſaccũ: nõ ex iſto potius: q̃ ex Philelpho q̃ieris de iſtiuſmodi legib⁹? Cæteꝝ ut tibi morẽ gerã: nõ otho Cæſar imp̃ator. ſed. M. Otho tribunus plebis legẽ tulit: neq; i o rdine eq̃ſtri ſpectaturus ſederet: niſi ſeſter- tia q̃dringẽta milia poſſideret Quod cui cõtingeret: q̃ſquis is tãdẽ eẽt: ſiue igenuus: ſiue libertus: ei liceret i gradu q̃rtodecimo inter eqtes ſpectaculo itereſſe. ad q̃dringẽta ãt ſubitelligi oportet millia antiquo more. Nã q̃drigetoꝝ ſeſtertioꝝ poſſeſſio i romana repu. fuiſſet iopia: cũ ſeſtertia cẽtũ cõplectantur libras argenti.

triginta:cū sestertiū cōtineret ex ære signato libras duas ac semis. Legē uero Iuliā sanxit. C. Iulius Cæsar:q cauebaṫ. ne liceret adulteriū ppetrare. Sed deprehēsi q fuisset in adulterio:iis supplicio dederēt. Q d uero loco ultio abs te petit:Lex Scatinia a Scatinio lata ē cōtra puerorꝝ cūcubitores:q uocāt ἀρρενοκοίτας arsen cocoetæ. Hos. n. graui supplicio afficiebat. Nos tū pædicatores tū pædicōes appellam⁹:istiusmodi homines flagitiosos:& ipuros:ac plane sceleratos. Vale cū catōe nostro ex Mediolano. vii. Idus Septēbres. Mcccc xliii.

¶ Franciscus philelphus Francisco Scalamonti equiti aurato. S. D.

ET de horologii iuctore:& uñ nom acceperit:respōdebo tibi:q didici lectitādo. Habeṫ i sacris lris nō egyptiorꝝ:inq̄:sed hebræorꝝ. Nā egyptii sacras litteras uocabāt:qbus p q̄dā aialia ac signa uerba ipsa significabāt:utpote uerbi gratia anguillā pingētes & inuidū itelligebāt:& iuidiā:ea ratiōe qd anguilla cū aliis piscibus nullā habet cōmunionē:sed ab eis semp seorsū se cōtinet:& sub lepotis figura auditū:qm̄ lapores sint acerrimi auditus:habeṫ inq̄ apd hebræos li. regū q̄rto Ahcā omniū primū horologiū inuenisse. At his ægypti nequaq̄ assentiūt:q ut hominū genus ob cæli tēperiē ab se ortū cepisse uolūt:ita ēt cū alias pulchras artis & disciplinas:tū horarū rōem reptā eē:qppe q asserāt hostiā q̄ immolāda foret:q̄ter ac uicies paribus inter sese distātiis meiere aiaduersā:& inde unius integri diei tēpus i horas q̄tuor ac uiginti fuisse distributū:qd & die. s. cōplecteret & nocte:Cæterū a pbatissimis traditē auctorib⁹ Hermen trismegistū:cū eēt olim apud ægyptios sacrū animal quoddā Serapidi dicādū cōiecisse id i die totum duodecies feciss utinā pari semp interposito tēpore:& inde hūc horarū ordinē:cōstituisse:& dimensuꝝ scilicet die i horas duodecim ac nocte eodē mō. Id aūt eo uidet pbabilius: qd hora ab ὥρος oros qd urinam significat:nomē habet. Sūt præterea q acutius rē uelit inuētā:dicūt. n. cæli quadraturā in duodeci partis p rōne musica diuidi:& inde horarū manasse rationeꝝ. A quā. n. q̄ tenuissima cauerna deflueret:cū p totū die excepissent:hāc maiores nostri i duodeci ptis diuisērūt:ex qbus qdē ptib⁹ numeꝝ horis imposuerunt. De Halcyone autē qd requiris:ea. nata ē patre Mænolo & matte canabe:nupsitq cyceci: Quæ quidē auis uitā agitata circa littus. eiusq pulli auferūt a fluctibus:& ut ferūt:dies quattuordeci circa hyemalis tpestiōes gescit:dicta autē ē halcyon qm̄ in mari cōcipiat:Nā ἁλός hals & λοός halos salū hoc ē mare significat. & κύειν cyein cōcipe:& ob hāc rationē aspirāt in pria syllaba:& scribit per. y. tenue. Vocatur ēt halcyōis. De pāe uero pastoꝝ deo duplex apud græcos habetur fabula:Nā alii dicūt eū eē natū matre Penelope Vlyssis uxore & patribus pcis omnibus:ob idq; Pana eē nomiatū. πᾶν pan. n. omne significat. Alii uero cōtēdūt eū natū eē ex penelope & Mercurio cōuerso in hircū. Et hæc hactenus. Tu uelim me facias certiorē de omni tuo statu:id qd pximis tuis litteris te ptermisisse miror: Scis. n. tua mihi oia curæ eē. Quod si de me quæras:mihi pbelle est. Nā principi huic meo uniuersæq; & aulæ:& ciuitati sum carissim⁹. Vale. ex Mediolano tertio Kalendas octobres. Mcccc xliii.

¶ Fráciscus philelphus Ioanni Olzinæ. S. D

IOanni Zaburgadæ scribæ regio dedi ad te dono q̄tuor opuscula. quæ iāpridē ex græco in latinū cōuertā eloquiū:duo Xenophontis socratici:alterū de repu. Lacedæmōiorꝝ:alterū de regis Agesilai laudib⁹:& duo itē ex Plutarcho Chetonēsi: quorꝝ altero Lycurgi uita:altero uita Nūæ pōpilii continet. Ea uero cū certior factus fuero tibi reddita esse:mittā continuo tibi dono secūdum quē edidimus:de exilio librū:ubi de infamia disseruimus. Nūc. n. tertius nobis liber uersat i manibus qui de pauptate inscribitur. interea uero tēpis q̄ ioannes ipse Zaburgada meo nomine tibi corā expostulauerit:id ut cures:plurimū cupio:atq; te rogo. Vale. ex Mediolano pridie kal. octobres:Mcccc xliii.

¶ Franciscus Philelphus Saxolo pratensi. S. D.

NOlim mireris:si quādo serius respondeo tuis lris:id. n. nō fit negligētia ulla mea:qua mihi nihil ē inimicus:sed occupatiōibus maximis:qbus ita obruor interdū:ut uix sim penes me. Nūc ad ea q̄ petis. Artemisius ē apud macedonas mensis maius. Ad hæc hypides orator nōnū artemisiū uocat dianæ simulacrū:nā artemis diana ē. Præterea euboeæ promontorium artemisiū nominari ostēdit Demosthenes in ea oratiōe:quæ p cresiphōte habite ē τεχνι βαναυσόου techne banausos ē: quā nos artē sordidā appellamus. σύνεσις prie calliditas est ἀγχίνοια anchinoe uero uersutia. διάνοια dianoea intellectus est:& intelligentia:quā Cicero quandoq; cogitationem interpretatur: quasi cogitando intelligamus. Vale. ex Mediolano quarto Kalendas octobres. Mcccc xxxiiii.

¶ Franciscus philelphus Nicolao Arcimboldo ducali senatori ac iurecōsulto. S. D.

GO singularē ingenii tui acrimoniā sūmāq; prudētiā cū semp pbaui:tū maxie:sū hoc tēpore admiratus:cū eo in legatione ad Venetos uti collega nolles:quē noras hoium eē leuissimū: & tamen ubi principis uolūtatē nosti te Paulū hæmiliū admittere collegā Varronem haud recusasti. Cæterū fortūatior paulo:qd Varronē ridiculo habitū redderis:egisti oia p uolūtate & usū pricipis Optrādū de te principi eē uideo qd Agamēnō sibi ducebat de Nestore. Si talis:qualē te oēs cē iudicāt haberet uiros decē Frā. Sphor. & de uenetis actū eēt. ut ita loqr:& de oi Italiæ ditiōe Laudo moderationē animi tui:laudo prudētiā:laudo bonitatē:qbus ut frætus uirtutibus:tātā es in hanc diē laudē cōsecut⁹: ut in hac uniuersa gallia cisalpina anteriorē in hoc uitæ genere habeas neminem. Gratulor igit tibi tot uel naturæ industriæ tuæ bona. Mihi autem q̄ meritissime lætor:cui talis amicus contigerit:quo nemo est nec melior: nec sapientior. Vale. ex Mediolano quarto calendas. octobres. Mcccc xxxiiii

¶ Franciscus philelphus Scæuæ corti ducali senatori ac iureconsulto. S. D.

NI pspectū. haberē & exploratū aiuꝝ erga me tuū:nō tā multos pscpæ tibi cōmēdarē. sed cū aiduerteri nūq; isse frustra meas ad te lras:nō sū ueritus ēt hoc tēpore tibi cōmēdare istius hominis cām q tibi reddidit meas lras: Quod eo facio maiore cū fiducia:q mihi uideor itelligē uiꝝ bonū &

pmodestum iniuria trahi p fora: ut qui pecunia sit inferior: ab eo opprimat: qui solis opibus sit superior. Cæterum noui innocētiā tuā & animi magnitudinē. Scio nō patieris litteras meas fuisse uulgaris. Vale. ex Mediolano kal. Octobribus. Mcccxliiii:

¶ Franciscus philelphus Bornio salæ iurecōsulto. S. D.

ACcusare negligētiæ meæ uideris: q iādiu ad te nihil scripserim: qñ tua sit diligētia singularis: q uix unas reddideris litteras post meas ad te denas. Itaq; tibi cauēdū ē: ne tua in te retorqueātur iacula: qbus iure cōfodiaris. Quod si fieri ab me nolis: cura: æqor in me fis: litteras tamē tuas uel p breuis legi plibenter: q in iis lectitādis agnoui ueterē tuā urbanitatē. Vix dici qat: q̄ntū me tenet desyderiū & uidēdi & amplectēdi tui. Quod nobis cū loco; interuallum auferat: reddat id saltē litera; uicissitudo. Vale. ex Mediolāo nonis Octob. Mcccxliiii. ¶ Francisc⁹ philelph⁹ Alberto Zācario. S. D

ANteuertis tu qdē mi Arberthe: ut q negligentiæ accusandus: mihi obiicias indiligētiā. numeres uel: quot ad me litteras dederis posteaq̄ a uobis Mediolanū solui. Quod si meas ex tuis scrimis: eru eris. intelliges: uter nostrū magis sit accusatiōe dignus. Nec ē mihi molestū: tam q mea; epistolarū tenearis desyderio. Diligis. n. me quē quoniā corā uidere amplectiq; nō liceat: q̄ris istiusmodi solatii genus ex litteris nostris qua; si uelis crebritate uti: id facillime cōseq̄ris. si mius ipe obmutueris. Quādo. n. frustra ad me scribis: quo minus tibi cōtinuo respōdeā: cæterū utcūq; res habeat: scribā ad te pæpe: uel ad facietatē usq; quotiēs otiū dabitur. Vale. ex Mediolano nonis octobribus. Mcccxxxiiii.

¶ Franciscus philelphus Guarnerio castelioni ducali senatori ac iurecōsulto. S. D.

VOd & pximo anno: ac itē supiore mihi pollicitus es: tuæ fuerit humānitatis præstare deniq;: Scis n. me nihil petiisse. Nūc autē postulo: ut quod ultro te facturū obtuleras: effectū reddas. quod si pstiteris: habeo tibi gratiā nō mediocrē. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. vii. Idus Octobres. Mcccxxxiiii. ¶ Franciscus philelphus Aloysio crotto ducali secretario. S. D.

QVantū tibi debeā: memoriter memini. Nō. n. mediocris ē beneficētia i me tua. at amor certe singularis: quē si æquauerit beneficiū tātū debere tibi existimabo: ut i referēda gratia me iferiorē futurū putē. Et ita imortale erit beneficiū tuū. Id autē tum præstiteris: cū me deceptū fuisse nō patieris. Nūsi aiaduerteris me ob imperitiā florinos quos uocāt: in conuētis p ducatis accipere pati debes errātē labie uia: Scis enim uniuersam pœne Italiā aureos nullos ducatos appellare prætet Venetos. Na; reliqui nummi aurei apud cæteros uere omnis & principes: & respublicas florini uocantur. At uestri istiusmodi florini sunt semiducati. Ego me falli nullo pacto uelim. Cura igitur apud iustissimum principē: ut dolus ille malus tollatur e medio. Quod si secus fiat: propediē consulam & rei & dignitati meæ Vale. Mediolani ex ædibus nostris Idibus Octobribus. Mcccxxxiiii.

¶ Franciscus philelphus Ioannifrāciscō Gallinæ ducali secretario. S. D.

IT si uoui ea te esse integritate. bonitate naturæ: ut malā oēm malitiā nō secus atq; teterrimā pestē aliquā abominēris: nolim tamē ac rōe decipiaris: q aliqui uelint prudētes uideri: qui nō sint. Nemo enim prudēs potest eē: q idē nō sit & iustus & omni morali uirtute prædictus intellige ex collega tuo uiro grauissimo & optimo Aloysio crotto: qua tēptēt aduersus me uti uersutia hi: q ducalium prouentuū totiusq; ducalis ærarii curā gerunt: ignorantes illi quidē: ut uidēt: stomachū meu; q nihil admittit indignū aut ieptū. Tu igit: qui ab usq; Sena & nosti me: & dilexisti: diligisq; egregie: cura ne mihi ulla fiat iniuria. Nā ego illā nullo pacto sū plaurus. Nō te latet: q̄ ego sum aliēus ab oi auaritiæ suspitione. Cæterū cōuenta mihi atq; pmissa fine ulla diminutiōe seruari uolo. Id ni factū fuerit: me conuentis omnibus solutū existimabo. Vale. Mediolano ex ædibus nostris Idibus Octobribus. Mcccxliiii.

¶ Franciscus philelphus Antonio pessinæ. S. D.

HEri dedi binas litteras: alterā ad Aloysiū crottū: Alteras: ad ioannēfranciscū gallinā: quas puto legisse te. Tū fuerit curare: ut Senatus rei meæ hoc ē: ut iustitiæ q̄primū pspiciat: Quod ni effectū cognoro: eodē utar uerbo: quo ad Philippū. L. Crassus:: Si ego tibi Philippe senator nō sum: nec tu mihi cōsul. Tenes animū meū Nūadeo me abiecero: ut admissurus sim florinellos pro florinis: ideſt argēteos sedecim i singulos florinos p argēteis duob⁹ ac triginta: At nostrates: dixeris: ita loquūt At nostrates nō ita lētiūt. Ego illos florinos intellexi: atq; intelligo. quos uos uso more ducatos nominatis cū uniuersa italia solos ducatos appellat Venetos nūmos aureos. & ita ēt intellexi mūificētissimū principē atq; statuisse certo scio: uel inuitis harpyis istis q mentē nobilissimi principis deprauare moliuntur. Vale. Mediolano ex ædibus nostris decimoseptimo kalendas Nouembres. Mcccxxxiiii.

¶ Franciscus Philelphus Ioanni antonio rembaldo. S. D.

NOn imerito sapiētissimus nr princeps te unū ex oibus cubicularibus plurimi semp & fecit: & facit. Nouit. n. bōtatē tuā nouit grauitatē nouit osātiā. nouit fidē: atq; obseruātiā erga se. uideo alios nōnullos: q loquūt ad gra; q seduci sese uel pce uel pmio nō difficulter patiūt. Te uero eū ē sapiēt oēs: apd quē nihil sit ueritate antiqus. Nihil i te fictū: ē nihil simulatū. oia refers ad iustitiā & ad principis decus. Et tū maxīe officio fungi putas: cū nil aut agis: aut loq̄ris: q iure possit a quoq̄ accusari. Quo uitæ morūq; instituto cū apd principē sūmā tibi cōparasti bēuolētiā: tū apd cæteros ois laudē imortalē: Intellexisti quo dolo mecū agebat. rē oēm ut hēat renūciasti principi: q ut ē aio splēdidissimo mūificētissimoq; & iustitia singulari: nō ē passus sub figmēto alicui⁹ sui emolumēti publicā atq; suā deludi fidē qs igit te nō diligat: amet: atq; perpetuis laudibus tollat ad cælū: Meruisti tu certe de me q̄ optime. Itaq; uelim tibi pollicearis eū esse Philelphum: quo de uno omnia tibi possis & recipere: & spōdere: quæ præstari quæat ab animo ingenuo atq; gratissimo. Vale. Ex me præstantissimo nostro humanissimoq; principi accuratis-

me cõmendato ac dedito. Mediolani ex ædibus nostris. vi. Kal. Nouembres. Mcccc xliiii.

¶ Franciscus philelphus Bornio Salæ iureconsulto. S. D.

QVas ad me oões petieras ad te dedi: Serius uero: qm̃ his careba3. Hospitabanť. n. apud ami cum iãdiu. Nam neq; meoꝝ scriptorum minus: q̃ nummoru3 sum liberalis. Quare iniuste hi agunt omnes: qui abutuntur begnitate mea. non enim omnes sunt bornii: quo quidem uno gratum magis uidi alium neminem. Vale. ex Mediolano. v. cal. Nouembres. Mcccc xliiii.

¶ Franciscus philelphus Petro Thomasio philosopho ac medico. S. D.

MAcrobii codex de saturnalibus is mõ ẽ Mediõlanũ allatus: quẽ ante meã i Thraciã nauigationẽ. Vicẽtiæ cũ agerẽ amisi: puto. n. mẽinisse te uiꝝ illũ clarissimũ Leonardũ iustinianũ ddisse ad me lras: qb9 a te Plutarchi æthica: & ab me macrobii saturnalia peteret commodato. Vterq; codex datus ad eũ ẽ pscribã: pfecti pfidii Vicẽtini tabellario cuidã ducalis dominii: q certe illos nũq̃ reddidit Leonardo. Quin uersut9: & callidus ueterator fabellã excogitauit: ingens: cũ ex equo descendisset apud cauponulã nescio quã bibẽdi gra: equũ se inde fuga sui pulsse i pxias siluas: quẽ postea cũ eẽt psecutus: uix illũ tãdẽ inuenisse amissis illis codicib9: quos ephippio alligarat: putare tñ eos furto surreptos. Hos si rẽ memoria tenes: multũ de libris laborauimus frustra. cum nihil odorari potuerim9: in cõem tãdẽ acti sententiã: quod scriba ille: cuius fidei eos credideramus: fraude non uocaret. Quæsiui ex hoc hoie: unde eum sibi condicẽ cõparasset: respõdit emisse ex publico librario: quodam: quem uulgo uos bidellũ appellatis: eẽ aũt eius tabernam librariã euntibus ex riuoalto ad foꝝ diui Marci ad dextram. Tuũ igitur opus fuerit q̃rere ex eo librario: quo pacto ille codex ad sẽ deuenerit: ita enim fuit fortassis: ut uterq; sublatos libros nobis uẽdicem9 id tu ne habeas neglectui: te plurimũ rogo. Vale. Ex Mediolano. iii. kal. Nouembres. Mcccc xliiii.

¶ Frãciscus philelphus Ioannotio maneto. S. D.

QVam doleo uir amicissime: quod nobis uti liceat litterarũ uicissitudine p nostra cõmũi sinia. At liceret mihi sane: ubi eadẽ tibi licẽtia scribẽdi esset. Nõ enim is ẽ priceps meus: q mihi quicq̃ præscripserit: utpote qui norit meum scribẽdi genus totũ eẽ ingenuũ: nihilq; cõtinere: qd repræhendi possit. Non. n. curamus: quæ ad bellũ: sed quæ ad pacẽ attinẽt. Totũ nostꝝ studiũ ẽ. cũ Musis & cum iis artibus atq; disciplinis: quæ semotæ ob oi armoꝝ strepitu: ad bene ptinẽt beateq; uiuẽdũ. Quin ii mihi desipere uidẽtur: qui se imiscẽt ambitiõi & auaritiæ: quibus potissimũ uitiis publici principatus redundat omnes. Quæ. n. reges illis dat: qui aliis malũt: q̃ sibi uiuere. Vt igit cætera omittã: quæ uel tyrãnida sapiũt uel imperiũ: cupio ex te discere: q̃ belle uales: & q̃ tibi cũ libris reliqua sit familiaritas. Nã ego huiusmõi studiis si unq̃ antea. tũ maxime hoc tẽpore delector. Vale. ex Mediolano. iii. Kal. Nouembres. Mcccc xlii.

¶ Franciscus philelphus Cyriaco anconitano. S. D.

REdditta sunt mihi quatuor pulcherrima epigrãmata: q̃ nup ex peloponeso in italiã aduexisti. His ego sum ita delectatus: ut nõ uerear te rogare: ne unq̃ cesses ab istiusmodi mercatura quæ & per utilis est: & doctisis omnibus plucũda. Quod autẽ intelligere ex me petas: qd antiq philosophi senserint de ptibus animi: repetã paulo altius. Nã aliter eũ partiti sunt: q ab italica philosophia: aliter qui ab ionica fluxerunt: Duo. n. eẽ philosophiæ principia te arbitror non latere: alteꝝ ionicũ: alterum italicũ: Pythagoras igitur famius italicæ priceps philosophiæ dupliciter animũ diuisit: tũ altius: tũ ppiqus ac dilucidius: cũ primũ dixisset duas eẽ animi ptes: alterã ratiõalẽ: alterã irratiõalẽ adeinde ẽt alia ẽ usus secũdo loco diuisione: cũ diceret animũ distribui tris partes: quarũ altera i se haberet rõnẽ: altera uero q̃ ea careret. diuidebať i duas ptes: quaꝝ una cõtineret τοῦ θυμοῦ thymon: hoc ẽ eo loco aiositatẽ. nã θῦμός thymos plura græce significat: animositatẽ autẽ p irracũdia accipiebat. In altera autẽ pte τὴν ἐπιθῡμίαν epithymian. i. cupiditatẽ collocabat. At democritus atq; Epicurus i ptes duas animũ separarũt: posuetũt. n. rationẽ iuhærẽtẽ ac fixã i Thorace. q̃ uero pars ratione uacat: eã disparsã eẽ uoluerũt p omnẽ corporis cõcretionẽ: quã σύγκρισιν syncrisim uocãt. Quinetiã ea corpora: q̃ sensu carẽt: Democritus uoluit aliq̃lis animi habere pticipatiõem. Et hi qdẽ oẽs ex Italia fuere philosophia. At stoici: q auctores: Socrate ionicã p fitẽť philosophiã: cui pricipiũ dedit Thales milesius: cõstare hois aium uoluerũt ex octo ptibus. In his. n. posuerũt hos sensus quinq; uisũ: auditũ: odoratũ: gustũ: tactũ: & sexto loco ptẽ uocalẽ: septio uero eẽ: ab q̃ ẽ semẽ octauã ãt ptẽ eã statuerũt: q̃ itellectu & rõe ipat oib9 hisce partibus septẽ. Sed plato socratis auditor eadẽ ẽ usus tã primo q̃ secũdo loco ai partitiõe: qua Pythagorã usũ didicerat. Nã & in partẽ habẽtẽ rõnẽ humanũ aiu3 distribuerat & i ptẽ: q̃ eẽt rõis expers. Rursusq; eũdẽ sepauit aiu3 in tris ptes: utpote quẽ mẽtẽ atq; rõnẽ in capite colocarit. aiositatẽ uero uigorẽq; iracũdiæ: q̃ pprie ẽ ipse τοῦ θυμοῦ thymos quẽ mõ meminerã: i corde & cupiditatẽ quoq; subter p̃cordia. Mẽs igit ipsa: q̃ prima ẽ ea uis atq; potestas: ai: quã græci λόγον ἔχιν dynamin uocãt: in capite tãq̃ i arce iperat ut regia primæq; dignitatis: estq; cõtẽplatiua. Nã ea pte & uigem9 & intelligimus: & sapimus. sed alta uis ai: cui Plato secũdã tribuit dignitatẽ: ut ẽ i pectore cõstituta: pstat: ut agam9: q̃ ipa mẽs atq; rõ iperarit. Vis ãt illa: quã iferius positã oñdim9: pstãtiorib9 illis ptãtibus obtẽperat. Nec illud certe ptereundũ teor: existimasse Platonẽ p ois artus aium meare corpusq; uniuersũ: atq; figillatim p mẽbra oia tãq̃ p instrumẽta q̃dã uim suã uirtutẽq; oñdere. Præterea ad eũdẽ aium referri omnia: q̃cũq; occurrũt sensibus. Quæ aũt a sensibus referunt: esse alia atq; alia. At Aristoteles Platonis discipulus: illũ. n. annos uiginti audierat: ac princeps sectæ ꝑipateticæ in hasce partis aium secuit. Eas. n. eẽ duas dicebat: quaꝝ altera uolebat rõnẽ cõtinere: alterã uero uacaf rõne. Rursus ãt q̃ hñt i sese rõnẽ: illã quoq; i duas diuidi ptes q̃rũ altera ita cõtẽplemur ea q̃ sũt: quoad ipsa principia secus hre nõ possũt: ut parte altera: ea cõtẽplamur q̃ hre aliter possũt: cũ ad ea: q̃ alia sunt genere: partes quoq; aliæ sint genere necesse est. Alteꝝ uero haꝝ ptiũ

Aristoteles sctētificā uocat:alterā rōcinatiuā:cū ratiocinari ald nihil sit:q̄ cōsultare. De iis.n.q̄ habere aliter possunt cōsultat nemo. Sedē uero mētis atq; rōnis in cordis penetralibus esse uoluit. Ad hāc āt mētē Aristoteles docet ea referri oia:q̄ singuli sensus nūciāt:ab eadē de iis fieri iudiciū:q̄ sentiūt:atq; examinari cuius modi ea sint:q̄ uariæ occurrūt sensibus. At ea in parte:q̄ sua natura rōnis est expers:appetitū Aristoteles posuit:q; si a rōne se regi gubernariq; patiat:multaq; est uirtutū capax:earūq; moraliū:nā mores huius partis sunt qualitates. Sin a perturbationibus auertatur:distrahaturq;:fit officina uitiorū omnium. Et hæc sunt sane:q̄ mihi hoc tpe de animi partibus occurrebant. Cum plus otii dabitur:longior tecum ero. Vale.ex Mediolano pridie Cal.Nouēbres.Mcccc xxxiiii. ¶Franciscus philelphus Francisco Barbaro.S.D.

ADhortatio tua mihi maiorē imodū ꝓbari debet:utpote quæ ab optio aio manat. meiq; amantissimo: Verū q mare ingressus uæhemētioris fluctus inciderit:nō quo uelit: sed quo ingruētiū uētoq; flatus traxerint:nauigare cogitur:uel inuitus. Itaq; ex tēpore consiliū capiatur:necesse ē Vale.ex Mediolano pridie cal.Nouē.Mcccc xliiii. ¶Frācisc⁹ philelph⁹ normão albizio.S.D.

EVme obtūdis litteris tuis. Quare mihi irasci nō debes:si mius sæpe tibi respōdeo:Nā ea petis: q̄ ꝑstari nō possūt. Prudētius tibi cōsulueris.si patris uiri grauissimi sapiētissimiq; malueris: q̄ tuo uti cōsilio. Nescio tibi assentari mi Normane. Hō sum libero igenio. Nihil simulari ꝑ me fero. Dū tibi mauis q̄ ꝑsi obseq:oibus ex ridiculo. Vale.ex Medio. pridie Cal.Nouē.Mcccc xxxiiii.

¶Franciscus Philelphus Rainaldo Albizio equiti aurato.S.D.

PVt iāpridē te uel ab usq; Florētia:cū apud uos agerē:cognouisse haud obscure eo me eē igenio ut pascere uerbis didiceri neminē:illoq; lōge minus:q mihi iure sunt diligēdi. Itaq; ne inani alatis spe:nihil hic eē uideo:qd faciat i rē tuā. Rē paucis tenes. Allunde tibi cōsulas:oportet.nec uelim:tibi ꝑsuadeas me tua cā laborē ullū aut fugere aut fugisse. Sed ita res habet: Vale.ex Mediolano pridie Cal.Nouēbres.Mcccc xxxiiii. ¶Franc. philelphus Antonio petrutio egti aurato. S.D.

NIl plurimi faciā amorē tuū:ingratus sim. Intelligo.n.ex proximis tuis litteris:qd tñ dubitaui nūq̄ me tibi eē cariss imū:qd aūt me hortaris:animū idūcā:ac si opus ē cogā:ut ad uos redeā. Quod si facere decreuero:te operā daturū polliceris:ut apud uos sim & q̄ cōmodissime & q̄ honorificētissime.hortaris tu qdē & amice & ꝑbenigne. Atq; habeo tibi gratias:q liberalissimi amici fugaris munere. Cæterū nō mihi licet ullā accipere cōditionē uel maximā. Nā humanissim⁹ hic princeps ita me tractat:ut nulla mihi relinquat q̄rēdi cā. Itaq; rogo te:ne moleste feras:si rōnē hēo tū cōstātiæ:tū dignitatis meæ. Vale:& uirū optimū gynū bellātē noie meo saluere iube.ex Mediolāo pridie Kal.nouē.Mcccc xliiii.

¶Franciscus philelphus Francisco scalamonti equiti aurato.S.P.D.

EGi de ꝑtura mediolanesi apd hūc nobilimū principē amice:& accura te:fecisq;:itelligeret: & q essес:& quāti faciūdus.nō difficulter se ꝑsuaderi passus est.delectat.n.uiris doctis: clarissimisq; ingēiis:Itaq; nobis spē dedit nō uulgarē.iussit.n.nom̄ tuū referri i cōmētarios. Quātū mihi uideor itelligere:nr breui:futurus es. Interi ea para:meditare:cogita:q̄ nro huic magnanimo pricipi uoluptati: tibi uero futura sint honori. Et ut magis armatus sis:delectat hic princeps his hoīb⁹:q quēadmodū tu.astra sapere uidēt:si forsan qcq̄ sapiūt astroꝝ potius q̄ rastroꝝ. Vale.ex Mediolāo pridie Kal.nouembres.Mcccc xxxiiii. ¶Franciscus Philelph Rainaldo albizio equiti aurato.S.D.

OVæ mihi sit ſnia de re ura Rainalde albizi dicā sane haud obscure. Nimiā uideo in uobis oibus uiris optimatibus negligētiā:q tāq̄ speretis secūda oia uobis dormitātibus ꝑ ura uolūtate optatisq; euētura:nullo utimini:nō mō cōsensu:ite uos:sed ne cōsilio quidē.nā quē existimetis rebus uris ad futurū:si uobisipsis uos defueritis: Et uigilādū ē:mihi crede:& parāda oia: q̄tū i uobis sit: q̄ ad uictoriā spectāt. Atq; ut uno uerbo oia ꝑstringā:nihil eoꝝ faciūdū est:q̄ facitis:pōite añ oculos inimicos uros. Illosq; i obeūdis negociis imitamini. Id si feceritis:breui futuꝝ spero:ut & pria teterrima oppressa seruitute in pristinā libertatē dignitatēq; uēdicetis:& uobisipsis pōoptime cōsulatis. Quod si secus feceritis & illi male:& uobis oibus miserrime prospicietis. Vale.ex Mediolano pridie Kal.nouēbres.Mcccc xxxiiii.

¶Franciſci philelphi epistolarum Liber Sextus.

¶Franciscus Philelphus Vladislao Vngariæ regi.S.P.D.

EGeo te rex Vladislae cū adire scribēdo instituisse:nō potrā equidē ñ subuereri: ne a qbusdā existimarer iprudētior:qppe q dicturi uidērēt nō eē mei neq; muneris:nec ēt dignitatis ad ea sūmū regē adhortari:q̄ uel i primis regalē magnitudinē ꝑ se ferūt. Nā q ad decus & gloriā nat⁹:alt⁹:educat⁹ oia supra hoiez & mediteris: & moliaris: & factas:nunq̄ posis.ut opinor: ullis meis uel monitis:uel abhortatiōibus q̄si equus Lydus in cāpū ad splēdidissime laudis cursuꝝ uehementius incitari Sed ego certe neq; te moneo admirabili prudentia principe;:nec adhortator accedo quandoqdē ultro ꝑ diuina benegnitate ad sūmi honoris calcē q humanæ fœlicitatis & testimoniū ē & præmiū uel eas:uel pueuias potius. Quid.n.per imortalē deū aut pulchrius ad humanæ:aut fructuosius ad dignitatis gloriæ gradū tibi cōtingere potuisset:q̄ qd ipsa dies & deus obtulit ꝑclarā de turcis uictoriā gēte barbara & imaui: Qui patriis relictis auitisq; gurgustiis ubi sese ꝑ oēm turpitudinis fœditatē dies noctesq; polluerūt:horrētibus illis Caucasi uastisq; rupibus tādiu ac multū i uniuersū ꝓpe terraꝝ orbē sūt aduersus christi nomē ꝑ oē ludibrio & cōtumeliā debacchati. Quas.n.ciuitates:quos populos:qs dēiq; remotissimas nationes quisq̄ afferat:q̄ turcoꝝ imanitatē obscoenaq; flagitia ꝑ oē sceleꝝ oiuꝝ gen⁹ min⁹ uel tulerint:uel ꝑtulerint:Obdormierat nescio quo pacto excelsū illud & inuictū robur uirtusq; christiana.ac tāt⁹ terror uniuersas mētes inuaserat:ut ēt sine ꝑlio uinceremur:& qcqd erubescēdi hostis libidini aut furori collibuisset:non

i pati ſolum:ſed perpeti quoq; poſſe uideremur. Ob tēpoq; calamitas miſerabiliſq; fortuna. Ad tātū miſeria rū deuentū:erat ut ignobile illud atq; agreſte. Turcoq; uulgus ex humillimis paſtoribus ac famellicis & fugitiuis ſcytharū ſeruis lōge. Itaq; in populos Chriſtianos & reges impitarē:in dieſq; magis atq; magis ita ſuū ppagarēt iperiū:ut iā uix ſexaginta millia paſſuū abeſſent ab Italia. Itaq; nō abſurde fortaſſis audaciſſimus iſte & petulātiſſimus Amoratus iactare uino obrutus inter capaciſſima illa pocula cōſueuit ſe tēplo ſātiſſimo diui petri ppediē p ſtabulo ganeoq; uſurū:Conſyderabat.n.lator callidus ac peſtifer Chriſtianos principes:q & auctoritate ualerēt & uiribus:mutuis inter ſe odiis atq; diſcordiis laborare:cōtēdere digladiari alios uero pter q̄ſtū curare nihil nō nullos ignauia corripi:negligētia plures detētos intercipi. Inter quas ille nfas calāitates iactabūdus atq; exultās nō deſpabat breui futurū:qd ſecū ipſe p oē facius ac neqtiā aio uolutaſet. Sed noluit certe dominus deſerere tādē ſuū gregē efferatis rapacīū lupoq; morſibus tā miſere laniādū. Audiuit fidelīū flætus ut clæmēs:miſeticors:benignus:nō ſolū ærūnas leuare:ſed extremā oīno pſtare opē:auxiliūq; afferre dignatus é. q̄re ſuos in te oculos cōiecit. Tua ē pclara indole delectatus. Dilexit pbitatē uitæq; ſāctimoniā. Te unū delegit ex oīb⁹ Chriſtianis principibus:q ſuū populū pſtatū erigeres ſuſtineres:tuereris:q impuriſſimos hoſtes ſuos trepidos tādē palātiſq; auerteres:fugares:pſterneres:cōprimeres:interimeres:qui in omnē poſteritatē p imortalē nominis ſplēdorē te oībus gētibus admirādū redderes. Quæ qdē ipſa res pſtantiſſime cū mecū ipſe cogitarē:uiderēq; maximis tuis laudatiſtimiſq; cōatibus tā tēpeſtiue atq; ſalutiffere Chriſtū optimū maximū pſpexiſſe:nō potui equidē p me erga te fide ſingulariq; obſeruātia nō gratulari uel tuæ uel Chriſtianæ fœlicitati:q̄ tuo ductu tuiſq; fecundiſſimis auſpiciis ea futura:ſit:cui nō modo accidere aduerſi nihil queat:ſed cūcta potius affatim bona curriculo cōtingat. Mihi uero plurimū lætot:quē ſupnus rerū omniū Impator & cōditor tuoq; parētū regalibus illis ac ſāctiſſimis nuptiis iccirco uoluit intereſſe:quo te inde natū ad comunē chriſtianæ reipublicæ libertatē ac decus aut corā in tueri aut ſaltē & crebro:& uno:& eodē omniū ſermone tuas res clariſſime geſtas audīre atq; gaudere aliquādo liceret:Nouit.n.uel Iulianus iſte inocēs ac ſāctus uir uiuēris huius Chriſti Apoſtolus:ſic.n.iure appellare licet ſūmū pōtificē Eugeniū:qua tēpeſtate orator ſuus miſſus ab impatore Cōſtātinopolitāo Ioāne Palæologo ad Romanoq; Imperatorē Sigiſmūdū ueniſſe ēt me inuitatū ad nuptias. Et q̄d ieredibile mea cū uoluptate in mētē redditid uidi p ſōniū prima illa nuptiarū nocte:qd nūc uigilās loquor. Videre.n:uidebar dormiens pulcherrimū quoddā aſtrum ſole ēt ipſo lōge maius atq; illuſtriūs:quod cælitus delapſum in regiæ iſtius ueſtræ eminētiore culmine cōſediſſet:unde circūquaq; emiſſis ſplēdidiorib⁹ radiis ubi altius ſeſe luce mirabili ſuſtuliſſet:Incredibili celeritate in Macedoicū prio:deinde in Myſum Olympu; uniuerſamq; Aſiā puadere feſtinaret:ac tantū undiq; fulgorē effunderet:ut æque ſolē:atq; ille lunā ſua pſentia obſcuraret. Aliaq; permultaq; uidere ſum uiſus quæ curioſiore narratione perſequi nō licet. Sed quod ad rē attinet reuelaſti pfecto mihi tu rex florētiſſime ingentib⁹ tuis cœptis ſplendiſſimiſq; uirtutib⁹ meam oēm tam longinqui ſomni ueritatē:docuiſtiq; haud fruſtra ſomnia uel imitti:uel emitti. Nā ſeu diuino iuſſu quodā reuelētur extrinſecus dormientibus nobis:quæ aliquando futura ſunt:ſiue:ea ſit hūana ai natura atq; uis: ut tū maxie uigeat:ſapiat:intelligat:cū ſenſibus corporis ſomno ſeruientibus ac pœne uinctis:ſe ipſe ueluti ſolutus in libertatē uēdicat:& tāq̄ p rariorē corporis nebulā illa queq; cernere iam incipit:q̄ perſpicua olim & luce oi lucidiora ei futura ſunt. Quæ quidē res ſi cui fortaſſe dubia ſit:mihi ſane eſſe nullo modo poſſit:cui re ipſa ſomnium omne iam aperitur. Tu enim rex Vladiſlae nuptialis illius aſtri imaginne; repræſentas. Tu ueluti cælitus miſſus es:q & Iſtro iā p diuina cōmiſeratione & untuerſa. Thracia helleſpontoq; ſuperato q̄ primū fis p illuſtrē pditiſſimoq; hoſtiū cladē atq; internitiū in Myſiā illā Turcorūq; emporiū pruſiam peruēturus. Tu nō diu poſt:ut ſpero:ægyptiis Syriſq; oppreſſis:patefacias cūctis chriſti fidelibus ſāctā ciuitatem. Tu quaſi nouus aliquis Alexander ad Gangē uſq; uel ad illos potius uſq; Gāgaridas quos Alexādro mētui fuiſſe legimus:cū tua ſempiterna gloria penetrabis. Nam quid ego te Alexandro comparēqui omni uirtute illo fis & melior & ingentior. Quāq̄.n. Alexander cum primum arma cœpit mouere non in hoſtes & barboros:ſed in amicos & græcos:eādē ætatē ageret:qua nūc tu es:ānos.n.uiginti natus erat:illum tamē uitia pmulta cōmittebant:te uero uirtutes plures. Erat Alexander ebrius:Vladiſlaus ſobrius:Impudicus ille:Tu pudiciſſimus ac plane tēperans. Agebat Alexander omnia temere:Tu cōſulto omnia ac prudēter. Vtebatur ille ad res gerēdas audacia duce & iracundia:Tu fortitudine & clementia. Præbebat ille ſeſe uel amicos iniuſtū:Tu neq; in tuos nec i alienos quicq̄ uel agis uel meditaris ſine iuſtitia. Ille ingratitudini ſæpe ſe fecit obnoxiū:Tu unus oīo es gratiſſimus. Quod ſi Alexander infinitis flagitiis atq; ſceleribus ingnatā totā ppe Aſiam ne multo qdem cū milite ſubiugauit:qd de tot tuis tantiſq; uirtutibus ſeparādum fuerit:qui nulli uel libidini uel aī impotētiæ ſeruias:ſiſq; innocētiſſimus:pſertim cū ad flotentē firmiſſimūq; exercitū Chriſtū habeas tecū ppugnatorē atq; uexilifer! Et quibus cū tibi pugnandū eſt! Nū aduerſus Gallos:aut Britannos:aut aduerſus ppotentes atq; inuictos Italiæ populos:ſane aduerſus Turcos:aduerſus paſtores & fugitiuos:q nullo iuſto marte oīa p latrocinia furtaq; molliunt. Nihilo tamen minus barbara iſta atq; abiecta natio cōtēnenda oīo nō eſt:ſed curāda oīa diligēter:Nam.ut ait poeta:Et neglecta ſolēt incēdia ſumere uires:Id q̄d cū in aliis q̄plurimis uerū eē aīaduertius:tū:in te turcoq; in primis cū.n. diutius iſti cōtēnunt p:nihiloq; habētur Boſphoq; urbē ad helleſpōtū ipſi⁹ ēt Iuſtiniani imperatoris tēporibus:clandeſtinis latrociniis duce latronū Bochamo cœperūt:diripuerūtq;:Et cū mox fugati ſeſe intra Caucaſi cautus receſſiſſent:rurſus Heraclio imperāte emerſerūt in Perſida:unde Mahumetum pditoq; olim pditiſſimum atq; negſſimū cuius nunc impiā ſectam ob nequitiarum illecebras maxime omnium amplexantur:latrocinantem illum eiſdē latrones artibus turpiter expulerunt:Indeq; factum eſt:ut ſenſim atq; paulatim pgredi

tes:dū neminē perinde atq; cor. empti repugnantē offendūt:in intimis.hadriatici sinus regionibus cōsede rint:late omnia longeq; turbantes:pdantes:populātes:usq; adeo christianoꝝ pricipiū uirtus obdormierat elanguerat:cōtabuerat. Itaq; diuina quadā prouidentia factū reor:ut in tantis humanarū mētiū tenebris ip se in lucē ueneris ad salutē & lucē christianoꝝ. Quare pge:ut facis Vladislaæ rex fortissime. Vtere tāto & tā gradi bono:quod tibi cælū ostēdit & sydera. Permulta iam de Turcis in hāc diē splendidissimaq; trophæa statuisti. Iam tota metuit te barbaria atq; conteremiscit. Quicquid habebant aut roboris aut spei impurissimi hostes omnes nominis Christiani:ut oē in latrociniis insidiisq; turcorum collocarāt. Hoꝝ aūt tot millibus per tot tamq; diuersa prælia abs te nu r iteremptis:quid reliquū seu uiriū seu fiduciæ sit aut turcis: aut cæteris infidelibꝫ:quē latere possit esse cert rbitror nemi nē. Mirū profecto est:quātā de tua animi magnitudinē inauditaq; constantia apud christianos ois & spem:& fiducia cōcitaueris. Iam de trophæis: quæ uocāt:nullus sermo:nulla mētio est. Extremum illū optatūq; triūphū quottidie omnes expectant:per quem licebit cunctis impune ac secure nō ægyptū & palæstinā solum:uerum etiam uiscere locos omnis:ac gētes:ad quas olym uox euāgelica peruenerit. Itaq; uniuersi populi regesq; christiani pro tua incolumitate atq; uictoria deū orant:& unus oium maxime christianissimus princeps meus Philippus Maria anglus:q te dignitatis & amplitudis gradu nō secus pfecto q̄ patrē & colit & uenerat:sed amoris caritatisq; & amplitudis: affectu æque atq; filiū carū hēt & piuctūdū. Qua hūc uoluptate affici existies:quotiēs audit suis de te optaris respōdere fortunā:itaq; mediusfidius delectatur ac gestit rebus tuis oibus prospere gestis:ut nihil apud eū lætius increbescere posse putē. Te regū sydus appellat. Te Christianæ reipublicæ ppugnaculū nōinat. Te Christi uocat & cultorē & lumen. Quot quottidie pro te preces ad deū habet:Quā assiduis supplicationibus illisq; pientissimis pro te uno huius principis iussu tēpla omnia celebrantur: Quāobrem cū & deo te rex Vladislaæ intelligis hominibusq; carissimū:cum in te uno christianorum omnium salutē cōstitutam esse aiad uertis:tuū fuerit:ut quarū rerū labores ac discrimina maxima cū tua ingēti laude suscepisti: earū pulcherrimam palmā expectatūq; triūphū ne relinquas. Quin age adiutore atq; duce Christo Iesu inuade impiam illam tetterrimāq; barbariā. Tibiq; psuade non minorē tibi operam dandam esse: ut ratio tua pugnandi ois cūd iuina uoluntate conueniat:q̄ ut exercitus omnis tuus & ordinē obseruet & modū. Nā cælestē opē frustra fieri uidemus:quam humana actio asperentur. Itaq; nō modo ut uincas:tibi consyderādū ē:sed quo m od uincas:cnm is euentus maxime sit in laude:quem optima consultatio antecesserit. Vale. Rex inuictissime. Ex Mediolano Nonis Nouembribus a Natali Christiano. Mcccccxxxxiiii.

¶ Franciscus philelphus Petro candido leuco decembri sanitatem

NOnter maxima innumerabiliaq; mala:quæ tristis inuidia præ se fert:id esse bonī aiaduerto:quod nemini magis nocet:q̄ sibi. Itaq; tua te torqueri insania non molestē fero. Vale. & aliquando resipisce. Ex mediolano quintus. Idus Februariis. Mccccxxxxvii.

¶ Frāciscus philelphus Antonio Raudensi Theologo. S.D.

QVō significato accipi conueniat quotus quisq;:& si nō dubito nosse te: tamē quoniā id a me requiris:paucis accipe. Idē significare puto quotus quisq; in singulari numero:quod nomē numerale quot. Vt quotusquisq; est:qui aliter sentiat:pro eo quod dicimus:quot sunt:qui aliter sentiāt: Nā qui dicunt quotusquisq; idē significare:quod aliqs:uæhemēter errant:id quod ex Cicerone oiq; uetustate licet intelligi. Vale Mediolani ex ædibus nostris Ibibus Nouembribus. Mccccxxxxv.

¶ Franciscus philelphus Aloysio brotto Ducali Secretario. S.D.

PLacuisse plurimū humanissimo nostro principi epistolā illā ad Regē Hungariæ Vladislaū uæhemēter gaudeo. Quod autē eius nomi me hortaris ad philippū ducē Burgundiæ:ut scribam: q̄ primū effectum dabo. Vale Mediolani ex ædibus nostris. xv. Kal. Ianuarias. Mccccxxxxv.

¶ Fraciscus Philelphus Catoni sacco iureconsulto. S.D.

posteaq̄ impia & imanis illa sceleratissima mahumeti secta inualuit:nullū est usq̄ hominū genus:cui plus de beat christiana religio q̄ inuictæ frācoꝝ nobilissimæq; uirtuti. Cū reliqui.n.fere oēs & reges & populi chri- stiani ignauo quodā animi torpore tanq̄ elāguissent soli frāci inuenti sunt:qui ingenti animo & excelso oēꝝ barbarorū & infidelitū impetū non modo substinuerint:sed represserint.quid inq̄ represserint?immo fude- rint fugarint:oppresserint. Nam Italiæ uires q̄q̄ & ualidæ sunt & maximæ:tamē quia nescio quo infœlici fa to intestinis seditiōib⁹ inimicitiisq; laborare didicere:neq; potuerūt omnino:nec itē possunt ostēdere. q̄tū ui prudētiæ & animi robore uigent:florent:atq; antecellunt. Soli frāci: Soli francorum principes ac reges in oi christianorū numero ausi sunt christianæ utilitati semper & dignitati consulere. Itaq; maiorē in modum do lendum erat:tantū inualuisse uim demonum:ut quæ una gens esset in nomine christiano:quæ ad pietatē & gloriā nata uideretur:ea tandiu domesticis cladibus exerceretur. Sed finit interdū deus eos urgeri aduersis rebus:quos habet cariores:idq; ut arbitror:nō tā quo experiatur fidē & cōstātiam hominum:q̄ multo prius norit:q̄ futura sit:sed quo iis detur ueluti promerēdi materia cumulatior.& illustrior. Quare cuꝫ Thobias. cum Iob.cum rex tolerātissimus ille Dauit tātas ac tā intolerabilis ærumnas ppessi sunt:quo se aduersus de um gessere submissioris:eo magis illos & ope sua:& suis secūdis rebus deus dignat⁹ē. Sic.n. deus tū maxie p dest:cū maxie uidet affligere:tū p huiusmodi calamitates atq; cruciatus resipiscēdi cæteris exemplū efferri solet. Dolēdū profecto erat bonis omnibus Rex Karole:quod chrianissimū genus hominū te rege pientissi mo tandiu:tam grauiter:tāta malorū mole præmeretur. At ego cū meipsum colligo: & mente diligentius rem uoluto:facile uideor intelligere id oē diuino quodam consilio factū esse. Ostendere deus uoluit:ut opi nor:nullam esse humanā potētiam:quæ propriis cōsiliis atq; adminiculis aut ppetua esse possit:aut diutur na:si diuino psidio careat. Quāobrē iccirco paululū ueluti a frācis secedere uisus ē:quo & per fidelissimi po puli flagella infidelib⁹ cūctis minitaret iteritū:& cū te frācis uenerabiliorē:tū uniuersis tuis suisq; hostib⁹ for midabiliorē efficeret. Tua certe pietate:sed diuina q̄dā ope:& auxilio factū ē:ut eos ois:q perinde atq; stul ti,& amētes a te defecerāt:ad sanitatē tua cū gloria uideas rediisse. Deo ipso duce imperatore uexilifero nō mō patritū atq; auitū regnū cū immortalitatis nomine recuperasti:sed lōge id admodū āplificasti:stabilisti ornasti:Nā si magna res ē ferocissimos anglorꝝ impetus sustinere:quāto maior censeri debet anglos supera re: pternere:iteri mere? Has aūt talis tātasq; uictorias in reb⁹ præsertim desperatis & pditis existimare debes neq; tuis:nec ullis humanis opibus te adeptū:sed diuina potius quadā mēte:quæ christianæ suæq; relp. diu turna ægrotatione morboq; confectæ tuo fœliciissimo ductu.tuis secūdissimi auspiciis iam tandē succurret mederiq; cōstituit. Quare te rex Karole ēt atq; ēt rogo:& oro:ut quāq̄ neq; mei:neq; cuiusquam cōsilii:nulli us admōitionis:nulli⁹ cohortatiōis indigeas:pacatis iam & cōpositis reb⁹ tuis mentē atq; aium tuū ōēm ita excites atq; armes i pestiferos & impios hostes Christi:ut tanto tāq; sempiterno beneficio ornatus nō grati tudinis min⁹ lauderis:q̄ cæterarū uirtutū omniū cōsueuisti. Duo sunt infidelitū genera quæ populū christia nū maxis detrimētis ærūnisq; affecerūt:quotti diæq; afficiūt turci & sarrhaceni:quarū alteri parua seruoruꝫ manu ægypto. Syria:iudea tribus opulētissimis ꝓuinciis per nostram negligentiā occupatis. Cyprū. Rho dum ac reliquas finitimas isulas indies magis magisq; populantur. Turci uero nulla sua:sed christianorum pecunia cōducto pegrino milite & eo q̄dē nō admodū multo:id sunt bellandi assiduitate assecuti:ut q̄ fugi- tiui scytaꝝ serui ex horrētib⁹ illis cautibus uasti caucasi in psida sese ac mediā mēdici & famelici recepissent nūc nemine:ut ita dixeri:repugnāte intra sinū hadriatici nō ita lōge ab italia cōsederint:qn si uelint ad pau cas horas eo sint tractaturi:hos aūt qui sunt q̄si q̄dā sarrhacenorꝝ ꝓpugnacula:& si iampridē christiana uir- tus nō difficile supare subiugareq; potuerat tū eū uel iparatius in eos uel iprudētius itur fit ut & prudētes illi & parati existimēt. Hac una re factū est:ut & rex Sigismūdus annos nat⁹ q̄tuor & uiginti incauti⁹ hostē nō oio incallidū aggressus fugæ turpissimæ terga dederit:& Vladislaus rex admodū adolescēs cū annis supio rib⁹ suū maluisset:Ioannis uaiuodæ pitissimi ducis q iā bis & iteꝝ turcos igēti clade ptulerat: cōsiliū sequit cū nō mediocri christiani exercitus detrimēto interierit:& anno ꝓximo idē Ioannes uaiuoda q antea sæpe numero trophæa de turcis pulcherrima statuisset:cū eosdē hostes adhort⁹ fortissime:iā plane uertisset in fu gā:coactus fuerit per suoꝝ militū incōstātiā. Cæterarūq; psidiā nō sine magno christiāoꝝ ulnere ab eo bello discedere. Ita fit:ut uel iperatoꝝ iscitia:uel timiditate militū:uel dissolutiore quodā hostiū cōtēptu:quos uin ci iampridē & uenire sub hasta:aut mactari oportuisset:uictores ipsi isolēteq; uideant. Eoq; ab iis audaciæ itū est:ut cæteris fere oibus christianis pro nihilo habitis solos sibi metuēdos ducāt & francos & italos:quos alteros sæpe mari:alteros uero quādoq; terra nō sine sua maxima pnicie pugnātis expti sint. Sed quoniā ñ ignorāt uires italicas hoc tpe ut antea sæpe mutuis inter se odiis ac bellis digladiari:soli ipsi frāci sūt reliqui quos formidēt:qppe quos audeāt p⁹ tā multas ꝑclarasq; uictorias:tāq; de anglis germanisq; st adepti. quē æq; inter christianos timeant:hostē hēre neminē. Vñ cum sciant uirtutē frācoꝝ ociosam natura eē non posse:& eosdē pterea iustas hēre causas uleiscēdi:sūmū inde in sese malū breui putāt emanaturꝝ:psertim eodē uno te rege fortissimo & belli duce sapientissimo & prudētissimo castroꝝ imperatoꝝ & utro plāe optio & hominib⁹ simul deoq; carissimo. Quæ cū ita sint.reliq̄ tria eē aiaduerto:quæ oñdā:primū qd adeo id bellū necessariū ēt ut ñullo pacto ptermitti q̄at: Alteꝝ uero q̄ ea res factū ē admodū facilis:si rōne & cōsilio gubernet. Extre mū aūt erit:ut pbē:q ingentē utilitatē hoc idē bellū sua sit uictoria tibi christianisq; allatuꝝ. Quid.n.in uita hominū magis necessariū cēseri dēt:q̄ aut id maxime oium seq qd honestū sit aut id oi ope atq; opa aspna- ti.qd afferat secū ullā turpitudis fœditatē? Nō.n.ad cibū ac potū:nō ad pruriētē corpis uoluptatē:q̄ ipsa no bis cū pecudibus sunt coia:sed ad decus dignitatēq; nati sumus. Iccirco nobis mens data est imortalis ac di uina:ut imortalitati seruientes Dei simus q̄ simillimi. Et quo pacto propius ad Deū accedim⁹ q̄ p benefice

tiam & iuſtitiam. Tunc Deum maxiſſe imitamur: cū aliis benefacimus: cū iuſti ſumus. Quibus rebus eo magis a nobis ſtudēdū: quod non ſolum gloriā huius mūdi: quæ q̄tacūq; eſt tota eſt brevis planeq; inanis: ſed multo magis cæleſtem illā atq; ſempiternā aſſequimur. Nec ille mihi iuſtus uideri ſolet: qui noceat nemini: id quod ēt eū plæriſq; aliis aiantibus eſt nobis commune: ſed qui uel ꝓſit: cū poteſt: uel ꝓpulſet iniuriam. Non enim ſolis nobis natura nos: genuit: ſed his omnibus: quos intelligentiæ uis ratiōniſq; uirtus immortali quadā forma inſignuit. Atqui ut is abhorret a dignitate naturæ q̄ iniuſtus ſit: qui nihil opis: nihil adiumenti cōferat in humanū genus: ita hic admodū præ ſe fert naturæ bonitatē: qui ad cōmunē hominū ſalutē atq; ornamentū ſeſe natū meminerit. Quod ſi honeſtum eſt ob cōmis hominum: utilitates nullos labores: nulla pericula fugere: q̄to honeſtius & præclarius duci cōuenit id facere non propter homines ſolum: ſed propter deum propter ſaluatorem noſtrum: propter Chriſtum optimū maximū: Qui nullo a nobis officio ꝓuocatus ultro ſe noſtra cauſa morti dedit: Dum ſarrhaceni: dum turci: chriſtianis nocet p omnē iniuriæ contumeliam: cui demum nocent: Non immortali deo: Non humani generis ſaluatori: Non chriſto ipſi domino & redemprori noſtro: Et quibus iniuriis: quibus cōtumeliis nocet nefaria illa immāiſq; barbaria: quibus certe nihil crudelius nihil diriius: nihil ſpurciius: nihil abominabili⁹: uel dici uel excogitari poſſit. Hominibus & chriſtianis & ſacerdotibus non pro calonibus & lyxis duntaxat: ſed pro iumentis etiam utuntur. His uæhunt: his arant: his fodiūt: his abiectiſſima exercent omnia erubeſcendaq; miniſteria. Q d ſiqui ſe homines & chriſtianos reminiſcentes minus æquo animo indignitatem tulerint: cōtinuo torquēt p extremos corporis cruciatus: decorianē: uerubus ſuffigunē: ſecanē: rota inſuunē p accerbiſſimas mēbroq; oium fractiōes. Oh miſerā. Oh ifœlicē cōditionē chriſtianæ religiōis: Hæc chriſtiāni principes audiūt: hæc ſciūt: hæc ſentiūt: hæc miti aio fieri patiūt. Nā qd ego dicā de ſpurciſſima & teteria execrabilis itēperātiæ feditate quā ſiqs aio generoſior ppeti noluerit: aut defodiē: aut excidiē: Nū his oibus iniuriis ac ꝓbris Chriſt⁹ afficiē: quādoqdem ob eius nomē chriſtianis inferunē: Num decet chriſtianiſſimū regē pari nomē chriſtianū tā tetrō: tā horribili: tā deteſtabili dedecore ſceleratī: Num Iodouicus ille rex ſanctiſſimus: qui primus regū oium chriſtianiſſimus dictus eſt: patereē ſi uiueret: tā turpem cōtumeliæ notā iniuri chriſtianæ dignitati q primū ut ſtaret cōuentis: ut iuſiurādū ſeruaret: ut illud qd honeſtū dicimus tueree: exhauſit theſauros ſuos omnis. & quā anno ſuperiore cœperat cū ingenti pda. Damiatam hoc enim nomie canopū appellant: reſtituit ſarrhacenis: deinde comparato ruſus ex uniuerſa gallia italiaq; & ſicilia exercitu ob eandē uim honeſtatis in africā traiecit eo cōſilio: ea mente: ut nō modo acceptā in ægypto calamitatē ulciſceretur: ſed omnem impuriſſimi mahumeti ſuperſtitionē tolleret eterra uiuētiu;. id quod facile effeciſſet: niſi peſtilentiæ ui correptus apud tyneta quā obſederat: una cū filio Lodouico: Albaniq; cardinali ac infinito pœne chriſtianorū numero ex hac luce migraſſet. Hac ēt ratione Karolus ille gentilis tuus & rebus geſtis & cognomēto magnus imitatus Karolum martellum auū: qui ſarrhacenos ad trecenta millia: & amplius interemerat: ubi poſt captiuitatē deſyderii ultimi lōgobardoq; regis italicas res ois cōpoſuiſſet: & ab leone ſūmo pontifice id qd antea cōſtituerat Hadrianus inſignibus impii romani eſſet ornat⁹. cū primū in ulteriorē galliā reuertiſſet: nō tā cōtentus p̄ſenti laude q̄ maiorē quādā & clariorē aio meditatus robuſtis firmiſſimiſq; copiis Hiſpaniam petit. Ea enim per id tēporis ſceleratis pditi mahumeti ſectatorib⁹ ſeruiebat. Tota erat in tetro ſarrhacenorū & flagitioſiſſimo domiuatu: Diuturnū fuit piculoſiſſimūq; bellum Mulræ pugnæ: utriq; clades euētus uarii. Sed tādē effectū eſt diuina benignitate: ut prudētia & pſeuerātia ipatoris exercituſq; uirtute idē impii hoſtes Chriſti æque fuerint extrema calamitate præſſi. ut eiſdē perfidie ſocii ad aſperū montē afri ab eodē Carolo deleti ſunt. Nōne eadē fuit honeſtatis cauſa Lodouico pro huius Caroli magni filio: dum tanto cū labore atq; piculo liberauit urbē Romā duriſſimo ſarrhacenoq; iugo: q ſultani: ægyptioq; ductu p nefariā quorūdā Romanoq; cōiurationē in italiā fuerant accerſiti: Nā qd aliud deſyderiū fuiſſe credim⁹: frācis illis reliqſq; gallis: qui duce Gottifrædo ubi in aſiā pueniſſēt: ſarrhacenos apud damaſcū pugna ſupauerunt. apud antiochiā pſas. & turcos cōtriuerūt. Meſopotaniā oē; recuparunt. acrurſus ſarrhacenis in ſyria ad internitionē uſq; ꝓfligatiſq; marrhaq; acharcha populoſiſſimis munitiſſimiſq; urbibus expugnatis ſanctā ciuitatē uniuerſāq; paleſtinā qd Henrico tertio impante fecerat: itē Bohamundus. erubeſcēda ifideliū ſeruitute liberarūt poſſederūtq; mirabili cū chriſtiani noīs incremēto annos octo & octoginta ad Saladini uſq; tēpeſtatē. qui non tā aut ſua aut turcoq; quoq; Amyras poſtea fact⁹ eſt uel prudētia. uel uirtute q̄ nforum Inſcitia atq; ignauia Guidonē & tpm ſtācū hieroſolymoq; regē inſquo ꝓlio cœpit: & reliqs xp̄ianis ad iternitiū actis Remādū quoq; optimū & fortiſſimū uirū ac rerū bellicarū ptiſſimū uiuum ad ſe pductum ira excādeſcēs gladio cōfoſſum occidit: & ita qd ſine lachrymis mēiniſſe nō poſſu; terrā ſanctā Chriſtiq; domicilium ſpurciſſimi mahumeti ganeo dicauit. & fuit is un⁹ Saladinus: qui tātā peſtem: tātā pniciē: tātū dēiq; exitiū ac pœne interitū chriſtianæ reipublicæ intulit: Et ille qdē Saladinus fuit: quidē & turcus & ottoman⁹ hac tāta & chriſtianis tā infœlici uictoria elatus tantum ſibi nomē & diguitatē peperit: ut & unus omnium primus ex ottomana familia incredibili turcoq; omniū conſenſu rex: quem illi Amyrā uocant: creatus fuerit: & ita in aios illorum barbarorū influxerit: ut alium ſui generis Amyram q̄ ottomanum quēpiā: in hanc diem patiantur neminem. Ex ea uero tēpeſtate ubi ſanctā ciuitatē omnemq; iudæam chriſtiani tāta clade amiſiſſent. & Alexius comnenus imperator conſtantinopolitanus latrocinādi turcis uberē iuſtāq; materiā præſtitiſſet: idēq; reliqui deinceps eiuſmodi non nulli imperatores ſtuduiſſent: ita per noſtrorū ſecordiam & inertiam res turcorum mirabili incremento auctæ amplificataq; ſunt: ut nō tam de recupandis e hieroſolymis ſperandum eſſe uideatur q̄ formidandum de amittenda Roma. Videmus uniuerſā fere aſiā a phœnicibus & Medis ad Helleſpontum uſq; turcorum tyrannidi parere. In Europam uero ubi iam anno circiter

centesimo hellesponto superato accersiti sunt a Theodoro cantacuzeno aduersus genetum suum quē & so cer & tutor cōstātinopolitano imperio antea fraudasset. Ioannem palæologū admodū adolescentem: dum simullant fallacissimi latrones auxiliū se laturos illi deliro seni. Callipolin & Cheronēsū primo deinde totā prope thraciam occupant. Mysos: Macedonas: Thessalos omis: Boetios: uniuersam græciā: ætolos. Epiro tas Illiricos: ad intimā usq; dalmatiā oia prædamunt teterrima seruitute: isulæ pœne omnes quæ a sinu hadri atico ad mare ponticū: iecent: uastatæ iam plāæ & delolatæ sunt: & nō modo nō quiescunt: aut ulla ex pte remittunt efferatæ belluæ: sed quottidie magis atq; magis ut sunt & præde & cædis auidi nunc. Getas qui trans Istrū incolunt: nunc in accolas germanos & hungaros impetū faciūt: idq; assecuti iām sunt assiduita te latrocinandi: ut reliquis fere omnibus post terga superatis christianis: hinc italiæ: illinc germāiæ regno tuo finitime terrori eē iam incipiāt. Dū enim nostri aut illos contēnunt aut negligunt: hanc rerū calamita tem ac dedecus nō tā incidimus: q; deuenimus. Itaq; satis perspicue itelligi puto: q; honestū sit aduersus eos bellū suscipere: qbus seruire nō minus turpe & fœdū sit q; ærumnosum & miserum. Quare si id ē maxime natura necessariū quod sit honestū: nō obscure tibi persuasū arbitror Rex Karole esse tui & offit & muneris q christianissimus inter principes christianos & dicaris: & si q; & iustitia debeas ōmnibus & benefaciendi studio longissime præstare: huic tantæ christianæ religionis ignominiæ ac pbro q; primū consulere. Vide mus a uiris sapientibus quosdā laudatos: qui propter inanem quandā huius mundi gloriā non tam quod honestū esset: q; quod honestū uideret: in uita secuti sint. Qua ratione ducti. &. L. Iulius Brutus: &. M. man lius torquatus filios cedi uirgis obtrūcariq; iusserunt. Et id quidē illi præsentes intuentesq;. Phileni uero: & Codrus Curtius: ac decii sese pro patria deuouerunt. Multiq; alii permulta fecisse traduntur illius honesta tis studio: quā popularis fama glorioſam facit. Nā qui uerā gloriā sectati sint: non ex illa gentilitate: sed aut ex uetere aut ex nouo testamēto spectari cōuenit: quales Habraham. Loth Moysem fuisse legimus: quorū ille ut esset apud deū glorioſus: ne filiū qdē immolare dubitauit. At Moyses ut in suos bñficentia uteretur: cō tēpta omni mundana gloria: cū maiori utilitoriq; populo præfici posset: supplici præce a deo petiit: ut seip sum potius q; iudæū populū iterimeret: uel ingratū: Loth uero ut sodomoq; pfidiā ab iis auerteret: quos hos pitio suscepisset: ne filias qdē uirgines illoq; libidini imanitatiq; offerre atq; dedere uerit ē cū aliter eā iniu riæ contumeliā prōpulsare non posset. Tu aūt rex Karole patieris uniuersum: ut ita dixerim: dei populum oscœnæ atq; spurcissimæ turcorum & sarrhacenorū intemperātiæ tā turpiter tāq; flagitioſe seruire: Nō tibi potius optandum: ē si fit opus: uel ingenti pbitate & laude Lodouicū filium uel te ēt. ipsum morti tradere p salute populi christiani tandiu multūq; flagellati atq; cōtriti: Imitatus scilicet nō apostolos solū reliquoſq; martyres: Sed Chrystū ipsū Iesū: qui cū & deus esset & summi dei filius: p salute humani: gnis mortē suā hoiu; morti prætulit. An sumus ignari saluū fieri posse neminē: nisi q; crucē ferat: quam ipse tulerit? Quid quod ea est huiusbelli facilitas: ut nō tam de nostra dubitandū: q; de infideliū præda & nece sperandū certo sit: Nā hoc erat illud: quod ab me secūdo loco dicēdū pposuerā. Quibus in bello uincitur: ea numero tria esse puto: impatoris pstātia; militū multitudinē ac robur: & pecuniariæ rei cōmodū. Sunt. n. nūmi pcūa de atq; nerui qdam rerum bellicarū. Que quidē oia & nobis ad futura: si talis ac tanta res ductu tuo ipioq; geratur: & illis defutura non ē obscurum. Nam ut de ui nummorū cōticescā: qbus te atq; regnū tuū mirabi liter affluere oēs sciunt: is tibi exercitus ē: q & magnus & firmus: & q̄diutissime assidua militia summa cū lau de exercitatus aduersus maximas easdēq; oiu; maxie formidabiles angloq; uires: ne uniuersu; quidē homi num genus ptimescat. Magnæ laudi datum ē. C. Iulio Cæsari: quod britannos difficili bello superasset: q & Liberū: & Herculē peritissimos duos & clarissimos potentissimosq; duces uertisset aliquādo in fugā: & a nemie ipsi unq; eēnt superati. At eosdem ab anglis nō mō supatos & uictos: sed patrio solo extermiatos ossē dit Gallia. Quanto autē angli sint francis tuis inferiores: frequētes pmagnæq; de iis habitæ in hanc diē a te uictoriæ declarārūt. Impatoris præstātiam duabus rebus cōstare puto: prudētia & uirtute: quibus ipsis & au ctoritas ois & euentus psperi pariunt. Nam rō & consiliū cū omnibus in rebus plurimū ualet: tū i bello ge rendo maxie: Qui enim rei militaris & imperii sit ignarus: recte agere nihil pōt neq; pugnando neq; imperā do. Nam siue quorūdā pfidia factū fuerit: siue nutu quodā dei: qui quos amat arguit & castigat: quo sese co gnoscentes eruditiores fiant: ab usq; puero in hāc ætatē iam ingraviscētē ita belli semp uersatus es ut nullū te oio neq; militis nec ipatoris munus: usus nullus: ratio nulla latere queat. Virtute aūt tāta es: q̄ta rex unq; alius neq; fuit nec eē possit: Quē enim te uno iustiorē: quē beneficētiorē aut uidimus: aut audiuimus: aut le gimus: de humanitate: de modestia: de facilitate tua quid attinet dicere: qui cū cæteris omnibus nominis christiāi pricipibus: & regibus dignitate: uiribus: & gloria ātecellis: te infimis ēt omnibus parē geras quoscū q; illustri aliquo pbitatis simulacro ōditos eē pspicias. qbus qdē artibus p fœlicissimos rerū exitus: quos prudētiæ uirtutis interuentu deus ipe præstare cōsueuit: tanta es auctoritatē adeptus: ut & deo tuisq; carissimis & cunctis mortalibus non uenerabilis minus: q; formidabilis uideare. Quoniā igit ea oia tecū habes: qb⁹ facilis uictoria paritur: quid ē qd te ab huiusmōi bello remorari debeat: Nā hæc ifidelibus secus sūt om nia. Dicā primū de sarrhacenis: de turcis postea: si de Mahumeto ipso totius illoq; superstitionis & impieta tis principe pauca ātea pcurrero. Fuit. n. Mahumetus exreñaico genere natus āno a natali christiano sexcē tesimo uigesimosexto: nulla parentū claritudine cognitus: nullis opibus: solus prorsus &. nullarum uirium nullorūq; nerūorum. Hic admodum puer captus a sarrhacenis: qui insignes habent inter arabes latrociniis ueniit Abdimōepli mercatori: qui se Ismahelitico genere ortū diceret. Is quoniā careret filiis: cœpit primo Mahumetum tractare liberalius: qua quidem re factū ē: ut Abdimoneplis filius diceret Mahumetus: erat q; homo ille simulator dissimulatorq; uersutus: rapax: & impurus: & omni flagitio in primis obnoxius: qui

mox ubi adoleſſet: mercatoris illius pecuioſi famulus camelos agebat cū mercibus p Aegyptiū. Syriā: Palæſtinā: perq; alios pegrinos locos. Quibus itineribus iterū atq; iterū repetitis: uſus ſæpenūero tū iudæoꝝ: tū Chriſtianoꝝ cōſuetudine nō tā diſcere q̄ deprauare ſtuduit & uetus & nouū ſacrarū ſcripturarum teſtamentum. Nā acumen ingenii in aio facinoroſo peiorē in ptē oia ſemp iterpretat. Gū hoiuſmōi miniſterio mercatori domino fidē falleret: reddituſq; eſſet cōtinuis furtis & ſuſpectus & iuſſus oibus: ex obſcuro ſeruo fact⁹ inſignis latro: Erat. n. & aſpectu ferus & uoce terribilis: & gladiatorio quodā robore corporis metuēdus breui tēporis curriculo & nūmos ſibi & eius ſceleris ptcipes ſocios q̄plurimos cōparauit & ita apd gētes barbaras in admirationē cū ueniſſet: generis Iſmahelitici uiduā eāq; locupletē. Gardigenā duxit uxorē: q cum illius ægrotatione ægre ferret utpote ſæpenūero corruētis morbo comitiali: quē i ipm nimia uinoſitate acre liqua uitæ atq; uictus intemperātia ieiderat: mox hō ueterator & pditus: ut ea ſe purgaret ifamia: ſimulabat id ppea ſibi accidere: quoniam ſplēdorē angeli Gabrielis: quē mētiebat ad ſe miſſum ab deo nunciū commētādi gratia uētitare: fere non poſſet: nec eſſe morbū comitialē: ſed quā extaſin uocāt. Huius autē uxoris opibus elatus hō furcifer ad imaniora facinora conuertit animū. Itaq; & ſuo deprauato ingenio ad oēm audaciā prōptus & Sergii Matthæiue dolo flagitioſiſſimi monachi cōfirmatus in tāta breui apud arabas oēs exiſtimationē uenit: modo ſe iudæū: modo chriſtianū ſimulāt: cū nihil oio ſani ſaperet: ut maximus dei nūtius maximuſq; propheta uulgo haberetur. Cuꝫ. n. colūba quā ſpiritū ſanctū latro calliditſſimus eē qui ſecū loqueretur: iactitabat: aſſuefeciſſet in aure ſua paſi: ſic tauꝝ quendā ex occulto eius audita altiore uoce ad ſe feſtinare: & algoranū cornibus alligatū: fic. n. legi quā ſectatoribus ſuis tradidit: nomen erat: cæteraſq; quas ipſe ante cū Sergio cōpoſuerat: fallaciſſimas ſcripturas ſibi ueluti deferre: & i ſuas manus a qbus ſolis pabulū capere didiciſſet: tanq̄ deponere: facile perſuaſit hominibus uentri & ſopno deditis ſuos omnis peſtiferoſ ſanoſq; cogitatus. Quibus infidiis factū ē: ut iam auderet: nō latrociniis ſolū: ſed aperto marte aduerſus Romanoꝝ iperiū arma capere. Nā cū ex eius ſectatoribus nō mediocris numerus i romanis legiōib⁹ militaret: quo tēpore Heraclius imperator ſtipēdia partiret muneraque in milites: ſarrhacenis ēt ipſis ſtipēdiū petentibus reſpōnſū ē a quæſtoribus eā diſtributionē nō eē canibus cōſtitutā. Nā ſarrhaceni ipi quas ſarrhaceni apud arabas quoq; habiti erant infames. Itaq; irritati eo reſponſo ſarrhaceni cū illico in arabiā ad mahumetū rediſſent: & illum & reliquos ſatrhacenos nō difficulter adefectionē bellūq; cōcitarūt. Qui facto ſtatim in ſyriam ipetu nō tam ſuis uiribus q̄ noſtrū fræti negligētia Damaſcū petunt infeſtis ſignis. Qua qdē urbe terrore potius q̄ ui ſuperetis in cāpo damaſcenis intra mœniaq; cōpulſis: confeſtim potiti ſunt: eāq; diripuerūt. Et quod nihil arbitror mōſtruoſius accidiſſe humano generi: ea in urbe primū tēplū mahumeto magnificū dicatū ē: diuinq; honores inſtituti publice. coactiq; damaſcēi ipudicū illius cultū & nefariā legē accipere. Et quoniā nō ego Mahumeti referre flagitia quæq; ſceleraq; inſtitui: ſed ex iis q̄ ſūt ppemodū ipſa quædā pauca ueluti delibare: reddit⁹ hac ille uictoria ſucceſſibuſq; ferocior uidens nihil: a romanorum imperatore in ultionē illatæ cōtumeliæ parari aduerſus ſeſe: ita dormitātibus chriſtiāis bellū mouet aduerſus finitimoſq; ſas: a qbus ſibi maxime metuebat. Regnabat p id tēporis in pſis Choſrobes. qui ēt ipſe ut inſaniebat aio: diuinos ſibi honores pſtari uoluerat. Is cōductis turcis q̄ tributarii & tāq̄ ſerui ſcytharū itra caucaſi clauſtra aſperimaſq; cautes incolebat: ſarrhacenis occurrit. Cōcurrit undique. initur pugna ingenti & apparatu & animo. Vulnerantur utrinque multi: capiunt. occiduntur Superatus tanta ingenti clade mahumetus in fugam uertitur: deformi uulnere excepto in faciem. A turcis inq̄ his ſupatus eſt: uulneratuſq; ē Mahumetus: a quoꝝ nūc poſteritate maxime colit. q̄q̄ nō tam ſupſtitiōe ducūt turci q̄ illecebris & diſſolutioꝝ uiuēdi licētia: Nam uerſutus ille & callidus ueterator: quo facilius impetitos populos atq; rudis ad ſe traducere: oē libidis & uoluptatis genꝰ ſua lege pmiſit. Vini aūt uſum iccirco phibuit: quo facili⁹ celaret ſuſpicionem illius morbi qui ſe uino obruptū iampridē corripuiſſet: Nam uinū intēperātius ſumptū & gignit & fouet morbū comitialē intimo quodā ſuo uæhemētiſſimoq; ſpiritu. His. n. meatibus: obturatis: qbus fit reſpiratio: uel mors cōtinuo: uel morbus comitialis cōſequat. neceſſe eſt: Nō igit religione turci: quā nullā tenēt. nō ſupſtitione: quā nullā pluris: q̄ religionē faciūt: qppe qbus nulla neq; dei nec ai cura ſit: nullus metꝰ nullꝰ cogitatus: ſed diſſolutiſſima q̄dā uiuēdi licētia: qui Mahumeti uires in pſide pſtrauiſſent: & in Mahumeti facie inhoneſtū uulnus influxiſſent: eius ſe tādē ſecte nefarie ſocios addiderūt. Ipe aūt Mahumetꝰ pluribꝰ bellis geſtis aliis ſecūdis: aduerſis aliis: poſteaq̄ annos in ſuis uel erroribus uel ſceleribus tranſiſſet q̄dragintaueno periit in arabia p Gardigenæ uxoris cognatos & ſuū quēdā cōſobrinū: quo tpe ab eoꝝ inſidiis redūſſet: q cū mercatoꝝ camelis e Syria iter faciebāt. Sarrhacenos āt turci etſi ſemp exoſi iſectatiq; ſunt: tñ ut Mahumeticæ ſupſtitiōi ſe aſciſcerēt: hoc fuit in cā. Iā uniuerſa Africa parebat ſarrhacenis & magna ex pte Aſia: cū turci nō multo ſupra milleſimū annū a natali chriſtiāo cœperūt apto marte uæhemētius eos urgere. nā ubi eos diutius in Aſia eminere idignarēt regē creāt noīe ſabochū q̄ de occupāda Aſia cōtinuo cogitās quo id facilius aſſeq̄rēt: ſe mahumati cultorē ſimulat: idq; nō tā dei q̄ hoiuꝫ metu quos ſibi cupiebat cōciliare. Itaq; cōteſtat⁹ ē illi Callipho quē illi ueluti pōtificē maximū uerāt: ſe de cōſtituta Mahūeti religiōe nihil oio mutaturū: cæterū nolle erubeſcēdū ſarrhacenoꝝ nomē in aſia excellere. Quare breui cūcti illi ſarrhaceni q arabes ſunt: a turcis eiiciunt ex Aſia redacti hi ſane ad priſtina latrocinia: qbus i hāc ēt dtē maxie oium ſtudēt diſſipati atq; diſperſi nō p locos ſolū aſperimos ægypto: Syrie: & palæſtinæ finitimos. ſed per oēm Africæ ſolitudinē: pulſis pfligatiſq; ſarrhacenis res turcorum per Virogriſſā qui poſt Sabochi obitū regnū excepit: nō mediocre cœpūt incrūmētū. Is. n. cū reliquū Aſiæ quodcūq; ſarrhacenis ſeruierat: ſubegit tū per multas præclaras urbes quæ romano parebant imperio. ui expugnauit cœpitq; in bythinia. Succedit Virogriſſæ Archotus ppinquus: q primus ſubiugarat in meſopotamia urbem. ampliſſimā Rhohain

deinde Seleucia & Laodicea captis urbibus & reliqua prouincia in deditionē accepta: regni sedē Mēdi cōsti tuit: ac regiū induit diadema: estq; sultanus salutat⁹. Et ne uidear oēm historiā recēsere: confestim admodū fit uel turcorū diligētia uel negligentia christianorū principū: ut græcis ex uniuersa Asia electis: illi ad helle spōtū usq; oia subiugarint: nec multo post in Europam traiecerint a christianis accersiti aduersus christiānos: Nam quod mō dicebam cū Theodorus cantacuzenus ægre & iniquo aio ferret eo se spoliatū qđ iperiū cir cunscriptor occuparat. Turcos in thraciā intulit aduersus Romanoꝝ imperatorē Ioannem palæologū se nīorē illū: generū suū & auum huius constantini imperatoris Manuelis filii. Quæ una res q̄ calamitosa: q̄q; funesta & fuit & est xpianæ religioni: nō obscure docēt tot tātæq; puinciæ q̄ Turcis in Europa erūnosissime seruiūt. Et ut summati accipias Rex Carole: quæ q̄lesq; sunt turcorū utres: uix ad sexaginta hominū milia exercitus ois ascēdit peditib⁹ equibusq; cōflatus. Viginti milia cōparant ex Asia. Ad quadraginta milia ex ils puincijs q̄s in Europa tenēt occupatas. Et ne hi qdē milites Turci sunt omnes: sed ingens christiano rū numerus qb⁹ Turcus superbissime dominat. uel inuitus in expeditionē agitur. Et erant sane sexagita hominū milia: cū nuper anno uigesimo tertio agebā in Thraciā apud Ioannem imperatorē Manuelis itē filiū Nunc aūt q̄to minor eoꝝ fit numerus: facilis fit cōiectura: si ea clades consyderetur: qua & bis & iterū proxi mis annis ad internitionē usq; ab uno Ioanne Vaiuoda redacti sunt tot robusti firmissimiq; exercitus. Naꝝ qđ audiamus ducēta & trecēta milia hominū cōplere Turcoꝝ exercit⁹: sint sane nō trecēta milia: sed quot quot Xerxes ferē duxisse aduersus græciam quinquies etiā decies cētena hominum milia: dūmodo sint oēs rustici & pastores: nullis tecti: nullis muniti armis: quibus aut offendāt: aut se tueant. Iampridem Turcoruꝝ uires exhaustæ pœnit⁹ exinanitæq; sunt: quo tpe Massageta ille Tomyris cognomento Tamberlanus Bai seten cirycis patrē & huius mahumeti proauum amoratho nati cū quadringentis hominum millibus: uicit: cœpit: interemit. Itaq; Turcoꝝ uires ita extenuatæ sunt: ita fractæ: ut nullo pacto ambigēdū sit de uictoria: q̄ eo certior est futura: quo ad debilitatē exercit⁹ accedit imperatoris infirmitas. Video laudatum a sapientibus illū Athenīensem Chabriam: qui dictitare sit solitus multo esse formidabiliorē ceruorū exercitu: ductu leonis q̄ leonū ceruo duce. Quod si exercitus tuus Rex Carole tum his completur hominibus: qui & corporis robore & ai magnitudine leones oēs atq; insuperabiles dici pōssunt: tum uno de duce imperatoreque utuntur: qui cunctos mortalis fortitudine & sapientia inferioris ostendas: num dubites integer atq; ingens cū Turcoꝝ reliquijs congredi: qui & ipsi quasi cerui: timidi fugaceq; sunt: & meticulosissimo duci parēt ei demq; stultissimo puero? Erat certe huius mahumeti pater Amorathus qui modo animam efflauit: & uersutus & callidus rerumq; bellicarū scientissimus. Cuius unius peritia & cōsilio factū ē: ut fugatis etiam ad bar nā pfligatisq; turcis fere omnibus euicto uictor p effrenatā Vladislai adolescentis audaciam iprudētiamq; euaserit: & anno itē proximo ad quitūdecimū Kal. uonembres p Getarum ad se defectionē uaheīti clade in triballis hungaros & bohemos a qbus acerrime urgerē: affecerit. Omnis turcorū spes quæ in uno Amoratho posita erat & cōstituta: nūc in eius filio mahumeto nutat ac languet. Is enim annos natus uix duni uiginti arma nunq̄ tractauit. Nec sani quicq̄ aut didicit: aut audiuit. Totus est in potu: totus in uenere. Reliq uero aut cēturiones aut tribuni militū: qui bellandi gloria ducerent insignes: in illis plurib⁹ illustrib⁹ quæ uictoriis quas de turcis Ioannes Vaiuoda adept⁹ est: oēs ppemodū periere. Quæ cū ita sint: quid est p īmortalē deū: qđ te rex Charole a tanta & tā certa uincendi spe retardare debeat? tāta præsertim oblata uel occasione: uel opportunitate. Nō. n. tps ipsum duntaxat post tot & tā illustris tanq̄ honestissimas uictorias tuas pacatis iā & cōpositis rebus Galliæ te excitare: atq; inflāmare debet ad hoc bellum suscipiendū nō facile minꝰ q̄ necessariū in tanta imbecillitate turcicarum rerū: sed ēt quā deus ipse attulit locorum ad turcos inuadēdos commoditas. Demetrius palæologus Manuelis etiam ipse imperatoris filius peloponesium regno nup est potius excelso animo & summa uirtute priceps. Is ē ut uir xpianissimus & iniurijs etiam maximis affectus a turcis nihil oium magis cupit: magis optat q̄ turcoꝝ interitū. Est aūt peloponesus regio adeo rebus oib⁹ munita: ut nihil esse qūeat munitius. Circundat undiq; hinc Ionio idē ægeo pelago cū asperrimis & tutissimis pmontorijs. Isthmo secernitur a cōtinente reliquo: quē murus ppetuus atq; inexpugnabilis ab altero ad alterum mare sepit. Habet intus & fœcūdissimos colles & campos uberrimos rebusq; oib⁹ refertissimos: quas hominum uictus cultusq; desyderet: Vnius diei nauigatio te cū uniuerso christianoꝝ exercitu secundis uētorū flatibus ex pmontorio tarentino in peloponesum deuehat. Inde i turcos æque facillimus tibi atq; tutissimus pateat ipetus. Nec patiatur Demetrius se tantæ laudis atq; gloriæ expertē fore: sed ipse quoq; in expeditionē & pugnā prodeat cum sagittaris decem millibus & equitibus ad quadraginta millia. Quod si e brundosio uelis soluere. G. scilicet Cæsarem imitatus in agrū dyrrachium: illico tibi obuiam fiat. Hatriani tes ut bellicosissimus & turcis inimicissimus: qui uniuersis albanis dominat. Nam q̄q̄ italiæ principes mutuis inter se odijs dissidēt: nemo tñ futurus sit: qui tibi intāto & tam pio: tanq̄ salutifero facinore audeat aduersari: pserti Nicolao qnto Romanorū pōtifice maximo: cuius sapiētiā: grauitatē: inocētiā: sanctimoniā q̄ si numē aliqđ uniuersa colit Italia. Ac fiet forte fortuna: ut spero: ut ipse ēt Italiæ principes depositis simultatibus & discordijs mutuis te uentē nō iuuit comittēt i ope tā sancto: tāq; pclaro. Qđ si unꝰ solus Frā. Sphor. Mediolanē. dux te comitari istituerit: id qđ idubitato faciet: si pacari italiā serit ñ mō turci & sarthaceni q dēm: sed uniuersi hostes christiani nois ad sanitatē redeāt. Videmus. n. hūc Frāciscū Sphortiā tut pfecto nominis ad gñis amātissimū nescio quo natū syder: qb⁹ educatū istitutis: q̄ del benIgnitate frætū usq; adeo anteire laudibus rei militaris uniuersum fere hoium gen⁹: ut nihil sit tā magnū: tā difficilē: tā iexpugnabile sit qđ nō agēdi & aggredi & superare audeat sibiq; submittere. Itaq; pstratis ac uictis oib⁹ Italiæ exercitib⁹ nulli⁹ ope: nullius auxilio huiusmōi principatus mirabili sua diuinaq; uirtute potius est quo nullus in Italia est

præstantior:nullus firmior:nullus formidabilior. Sin autē itinere malis in turcos q̄ nauigatiōe uti istud tibi per finitimā germaniā & pānoniā ē futurū. Facili te sequantur & germani ipī nō inuiti & ungari Ioānesq; ipse uaiuoda libentissime maiorib⁹ ēt copiis q̄ sit opus. Sequāt triballi duce Georgio fortissimo & prudētissimo principe. Sequant ii G etæ omnes:qui ad Istrū & Euxinū incolūt:eo ptinacius fidē seruaturi:quo superiore anno cū defecissent ad turcos:ingēti nūero ab illis sunt interēpti:q̄q̄ nullus tibi auxiliis opus ē nullo comitatu. Soli certe franci satis sint supq; futuri:quoꝝ ferociā atq; impetū ne dicā nō sustinere turci: sed ne contra aspicere qdē pferāt. Nā superatis & uictis turcis de sarthacenis:nullū ē negociū. Nā qui uerolunt sarthacenis:eos tampridē ab ipsis turcis rege Sabocho ex omni Asie imperio in solitudines ejectos ostēdius ad pristinaq; latrocinia redactos. nullis certis ducib⁹ circūquaque passimq; uagātes:nullo principatu: nullis legibus. Qui autē hac tēpestate sarthaceni nominātur:quibus ægyptus paret: & syria & paelstia: hi oēs simul cū sultando serui sunt uænales trāsmare eo aducti ad summū uiginti millia. Nec ex una q̄piā empti natione: Sed alii sunt Sauromatæ:alii sarmatæ alii gotthi:alii alani:Nō nulli græci:pleriq; illirici: & alii ex alia gēte ac lingua:qui primo ut coacti a patria religiōe rituq; deficere deinde illecebrarum uenificio deliniti mahumetistæ nō tā redditi sunt q̄ simulati. Huiusmodi uero serui tria illa opulentissima regna ita iugo intolerabili subegerūt:ut alii nemini q̄ ipsis aut arma ferre:aut equū incēdere licaet:neq; aliud liberale qcq̄ q̄ uel agri culturā & pastoralē uel mercaturā:uel tabernariā exercere. Quinetiā pter calones aliud calciamēti genꝰ induere ægyptiis & syriis & iis qui iudæam incolūt:nullū oino licet. Itaq; oēs illi populi ita molles effeminati q; sunt:ut uerile quicq̄ neq; sapiāt neq; uelint. Tātula uero seruoꝝ manus q maiore ex pte christiani extiterint:qd fit aduersus te uel conatura uel ausura:uon intelligo:præsertim cū senserint subiugatos turcos: qui sunt ueluti ꝓpugnacula atq; munitiones mahumetistarum omniū. Aduersus illos uero cū transitū:tum ēt cōmeatū paret ac præbeat non Alexius quispiam:sed Constantinus imperator:q ēt ipe ut est pio & excelso aio:cū omnibus ut ita loquar:reliquiis illius orientalis imperii:quæ confectis turcoꝝ uiribus ualidissime sunt futuræ:nō solū in expeditionē te comitabitur:sed libenter & magnifice comitabitur. Nomen āt cōstantinopolitani iperii in uniuersa asia & sāctum habet & uenerabile. Quapp cū pspicue possis aiaduertere rex Carole ad belli huius necessitatē eiusmodi cōficiēdi facilitatē accedere:ut nihil sit de summa uictoriæ ambigendū; te fortissimi & omnibus rebus ornatissimi exercitus sapientissimo atq; optimo iperatore: utere obsecro tāta hac rerū occasione quam tempus tibi atq; deus attulit:nec patere ut hominum culpa fractæ atq; interemptæ hostiū infideliū uires reuiuiscant:recreant:instaurent. Quod si honestatis rō:q̄ nihil esse oportet apud aium generosum magnificūq; antiqus nō oino eā uim habet:ut sua nos specie ad res maximas pulcherrimasq; alliciat:præstet id saltē uis & magnitudo utilitatis:quam ex hac tanta & tā pfacili uictoria nobis nrisq; posteris cōparabimus:Nam cū ipe rex Charole maximum & florētissimū adipiscēris imperium:tum hi omnes qui te sequentur:ingentis ampliſſimasq; opes consequentur. Videmus nullas esse reconditas adeo:lōgissimeq; positas:atq; inuias regiones:quas per summa terræ marisq; pericula mortales ipsi cōparandi auri gratia nō petere cōsueuerint:& quotidie petāt:Nā si res gestas Persei Herculis liberi ex antiquitatis monimētis repetere uelimus nō magis eos gloria ductos q̄ utilitatis magnitudine excitatos lōgin qua aspertimaq; bella quæsisse inueniamus. Quæ quidē una ratio græcos ēt illos potiusq̄ ullus Helenæ raptus quem fabulentur:armauit aduersus Asiam. Et Galli itē ipsi cū superatis alpibus ad padum cōsederunt & hoꝝ posteri cū inuasserunt clusinū agrū ac semel & iteꝝ aduersus Romanos mouerūt arma:re nulla magis q̄ emolumētis ipulsi sunt. Sic Aeneas in Italiam uenit. Antenor in Venetiā. Quod aut legimus aut audiuimus:q copias egerint aduersus scythas:Nā cū sint omniū gentiū paupimi:libere sinunt uagari in cāpis nullis urbibus:nullis mœnibus:nullis muniti ædibus aut tectis. At aduersus aurū & argētū:aduersus opes amplissimas facile animi hominū accersunt. Quod si quottidiæ Galli. Hispani. Germani. Itali p oēm comtemptū atq; contumeliā uersantur mercatores & tanq̄ mercēnarii quidā serui adipiscendæ utilitatis gratia iter opulentissimas turcorū sarthacenorūq; regiones:quāto maior futura sit:quāto cumulatior gloriosiorq; utilitas:si id facere licuerit te uictore & dño! Vt. n. maxima conticescam & feracissima regna:quæ in Europa turci præmunt teterrima seruitute:ut de tam latis:tam uarlis:tam amœnis:tam abundantissimis rerum omnium regionibus quæ coguntur in Asia parere Turcis:nihil prorsus loquar:tria illa duntaxat seruorum regna ægyptus. Syria Palæstina de ois generis diuitiis cum uniuerso genere hominum contendere non dubitent. Nā ægyptus ut Philo iudæus grauissimus testis est:sola ex orbe terrarum hyemen non patitur. Sed tribus annis distributa tēperataq; tēporibus uere:æstate autūno:neq; niuē nouit:nec molestam imbriū tempestatē:per saluberrimi nili uicissitudinē suis tēporibus humefactata:atq; demolita ultro fert omnia:qb⁹ hominū uita nel aliē uel ornatur: Syria uero quāti faciunda:ꝑmissio diuina testata est:Nam ꝑmissionis terraꝝ quā deus oipotens populo suo cōstituit. Iudæā esse scimus. Hæc aūt Syriæ est pars. Q d cū sua natura hæc tria regna cæteris oibus orbis terræ regionibus anteunt bonitate soli:accedit etiā christiāoꝝ hominū frequētatio:q qcqd aut argēti:aut auri:aut margaritæ & gēmæ apud reliqs gētes & populos repit:eo iportāt:quo aliquid inde illarū rerū exportēt:quaꝝ illi sunt diuites & nos paupes. Quāta igit & ad te & ad christiāos ois emolumēta sint puentura ex hac tua tam pulchra:tam facilis de turcis sarthaceniſq; uictoria: tū dilucidius cognosces:quū tot illorū & tam opulētissimoꝝ regnoꝝ magnificētiam atq; amplitudinē aio tacitus mētiere. Nec est tibi pterea subuerēdū:ne qd aduersus te tumultus in Frācia:aut in reliqua tua Gallia p Anglos surgat:quem exercitū aduersus infideles eduxeris:Nam neq; ipsi angli ullo modo patiant:ut sūt homines religioni diditi:se tam piæ:tā sanctæ:tā gloriosæ expeditionis exptes duci. Sed positis & prostratis cunctis simultatib⁹ propter Christum alacres te sequentur:imitati scilicet maiores suos:qui semper francorum re-

gibus & socios sese & comites asciuerit: quotiens aduersus infideles bellatū ē. Quin eo te magis angli admirabuntur: uenerabūtur: quo aiaduertēt te q̄si e bellicosissimo quodā Romulo religiosissimum numā reditum: At hæc habes Lodouicū filiū cunctis animi uirtutibus gloriæq; splendoribus q̄ simillimū tui: quę siue regni præsidio: siue ducendo exercitui præfeceris: & tuæ & christianoꝝ uniuersæ reipublicæ nō sapiētet solum: sed etiā fœliciſſime ꝓuidebis. Age igit̄ Christo duce ac ꝓpugnatore rex carole huic bello tā necessario: tam honesto: tam glorioso: pro tua uel pietate uel beneficētia mentē oēm animūq; intēde. Noli ꝓ tua iustitia eos inultos pati: quos uel tueri debeas: uel ornare. Quod si nullla difficultas nullus labor deterrere te debet ab hoc pulcherrimo honorificētissimoq; facinore: uide qnæso qd tibi faciēdū sit tāta ex hoc bello ꝓposita nō facili solū sed sperata certaq; uictoria: pśertim qū ad mūdanā & ad celestē gloriā plurimoꝝ quoq; ampliss. morūq; regnorū & ingētes opes in te sint & clarissima impia puētura. Bellum tibi omne futurū est cū aggrestibus incultisq; hoibus cum latronibus: cum fugitiuis cum uenalibus abiectissimisq; seruis: q dum neglectui cōtemptuiq; habēt: tanq̄ imbelles languidæ quæ pecudes: nō mediocris tenebras nfa culpa christiāæ luci infuderūt. Hinc & Sigismundus rex audacia potius q̄ prudētia usus comite p ingētem frāctæ nobilitatis stragē inauditū q; ludibriū ē a baiseta illo turpiter superatus: & rex Vladislaus in pfligata uictoria per Amorathum perit. Hinc Ianus rex cyprioꝝ capta uastataque patria i cathænas ad ægyptioꝝ sultanu; tractus est. Hinc Africa uniuersa & magna ex parte Asia seruit impurissimis flagitiosissimisq; barbaris. Ea sentimus tam italiæ germāiæque uestibula teneri a turcis: pulsari fore: cōcuti: i trumpi. Nec excitamur: nec urgemur: nec impellimur: ut nobis saltē ipsis posterisq; nostris consulamus: Quis nos tātus uel sopor uel stupor inuasit: ut quasi mentis atq; sensus inopes uidentes scientesq; perire: q̄ in tam facili tā illustri tam ampla conducibiliq; uictoria & nostra uldsci & summi dei iniuriam malimus: Surge iam tandē Rex Karole. Te ipsum excitat: hortare: cōparat. Vt reliquis christianis principibus ac regibus dignitate præstas: ita tibi oi ope atq; opera studēdū est: ut absolutissima uirtute his omnibus & uera gloria sis superior: Vicisti āglos Recuperasti patriā. Et pulchrum id certe fuit & laudabile. Iustitiæ enim munus in teipsū tuosq; contulisti. Verum christianus aduersus christianos arma sumpsisti. Sed quanto pulchrius erit & glorioſus: si idē secēris in turcos & sarrhacenos: e qbus non tua solū: sed christi patria spoliatus sis. Quæ uetus tibi patria est: nō ne Troia: quæ olim Teucria dicebatur:: Ex hac enim Franco & Teucro ꝓfecti sunt in Pannoniam primu; deinde per suos posteros in germaniā: demum i Galliam istam transalpinā fortissimi illi quidem & præstātissimi auctores tui nominis & generis. At hoc tempore pro Teucria & Troia Turciam uidemus appellari. Nā si omnes qui teucri troianiq; dici cōsueruntab infami & efferata turcorum immanitate oppressi sunt Idem turci hierosolymam: uniuersamq; iudæam tot patriarcharū & prophetaram patriā: intemeratæ Marie uirginis saluatorisq; domiciliū christianis ac francis eripuerūt: & cū infinito pœne frācoꝝ numero guidonem regem crudelissime trucidarunt. Heu nos nos miseros atq; infœlices. Si tot uerberibus tot exēplis admoniti respicere in uiamq; redire neglexim⁹: quæ nobis spes reliqua sit futura: si beneficiis etiā prouocati diuinā misericordiam benignitatēq; cōtemnamus: Est igitur uel sapientiæ uel officii tui rex carole: ut uel ultiōis in turcos & sarrhacenos uel gratitudinis erga deū ratione ductus: ensem quem tandiu ac multū i christianas acies non iniuria distrinxisti: eum in sceleratissimos Christi hostes sic acuas & cruentes pro tua pietate: ut non diuus Lodouicus ille modo ac cæteri franci principes qui multi defuncti sunt hac luce: immortalis tibi apud immortalē deum gratias sint acturi: sed deus ēt ipse: qui extremis supliciis infectatur in gratos: id quod in Saulem: in iudæos qui Apidis ultulum adorarant: & in alios permultos ostendit: tua gratitudine delectatus & uiuū & mortuū sempiterna gloria te amplificet. Hæc autē nō iccirco Franciscus philelphus liberius ad te scripsit: quod regali tuæ incomparabiliq; utrtuti quicquā diffideret: sed ut suam erga tē fidē obseruantiamq; ostenderet. Vale. Ex Mediolano. xiii. Kal. martias. Mcccli.

¶ Francisci philelphi epistolaꝝ liber nonus:

¶ Franciscus Philelphus Sphortiæ secundo. S.P.D.

Hortatur me Sphortia secūde singularis tua benignaq; modestia ut de his ad te scribere nō uerear: q̄ uel utilia tibi uel saltē nō iniucūda fore iudico. Idq; eo libētius faciā: quod accedo: quippe cū tuæq; meæq; ætatis: tum mutuæ nostræ beniuolentiæ consentaneum esse duxi. Permultis te muneribus eisdemq; præclaris tū natura insigniuit: tū auxit fortuna: quam uocant q̄ si diligenti studio ac uelut i parte quadā ad cumulū usq; perduxeris: nullius inops laudis fis futurus. Quo pte natus: es: non ignoras. Huius maximas incomparabilisq; uirtutes nisi fueris egregie imitatus: quanto is patre. Sphortia iperatore fortissimo ob rerū gestarū atq; regni gloriā habet illustrior: tanto ipse Francisco Sphortia patre tuo principe optimo ac maxio i laude minus excellēti quadā obscurior fuisse existimabere. Nihil enim obtēdas: qd̄ icuses. Nā si Africāi superioris filius patritis laudib⁹ non respondit: nō ei sed ualitudini culpa datur. At Sextus Pompeii magni & Marcus Ciceronis filius: alii q; nō nulli uiris nati præstantissimis inter degeneres ideo nūerātur quod sua ipsorum culpa tales eē uoluerunt. Quod enim benignitatis genus ut ad te redeā natura tibi nō ē affatim elargita: Formæ pstantia polles plurimū: qua ipsa dignitate mētis atq; ingenii repræsētari par est si quidē materia formæ quā dicūt: nō hæc illi prior accōmodat natura. & ea es itegritate sēsuū. quā rarissimā licet inueniri Velocitas celeritati cōgruit: leuitas atq; agilitas facilitati dexteritatiq; eodēq; mō alacritas acri mōtæ. facūdia intelectui. Hæc autē omnia: q̄ corporis cōmoda appellant stoici: talia sunt: qualis est is: qui utitur. Nam si mens humana sequitē eā mentē: ad cuius est nō genita: sed creata imaginē: ita naturā. quā diuina mens peperit: sequet ars hominum atq; imitabitur: ut errore nullo queat intercipi. Nō enim natura: sed malo erramus more Nā cū mo-

NVptiaꝝ laudationẽ cui epithalamio nomẽ ẽ apud græcos: petiit a me tuo noie puer qspiã diebus pximis Ferrariæ cũ iã nauim iscenderẽ. Eã igit̃ ad te dedi ñ iccirco: q; dignã existimarẽ: q̃ uel æde reẽ: uel legereẽ abs te sũma idole adolescẽte: sed ut intelligeres nihil me magis cupere q̃ oibus i re bus gratificari tuæ uolũtati. Quod eo feci libentius: qm̃ te amitæ Beatricis laudibus ut domesti cis nõ iniuria plurimũ delectatũ iri censerẽ. Quod aũt in huiusmõi laudatiõis genere breuiorẽ me pstiteri; nõ meo instituto: sed tẽpori ipsi dato: cuius angustiis factũ ẽ: ut multus eẽ nullo pacto queri: Vale. Ex Me diolano nonis maiis. Mcccclv. ¶ Franciscus philelphus Blasio axeretensi. S. D.

VIdeo te iã senectuti cõcessisse: id qđ nõ tã ætatis uicio: q̃ tibi ãnosior admodũ nõ ẽ: q̃ ai ægritudi ni dãdũ puto. At cũ ois pturbatio uitupaẽ a sapiẽtib' tũ oium maxie ægritudo: q̃ mediocritatẽ ut stoicis placet: nulla admittit: nec aliqd hẽt ppinquũ: qđ laudari q̃at. Itaq; sanius feceris si te col leg ris gloriæq; memineris. Id ãt tũc feci sse iudicabo: cũ me docueris: qđ abs te sæpi' petii de Ve netæ classis conflictu apud Casalẽ: quæ maior cognominatur. Vale. Ex Mediolão. vi. Cal. iunias. Mcccclv.

¶ Franciscus philelphus Lodouico Casellæ. S. D.

DIonysius hieromõachus abbas: q; meas tibi reddidit litteras: i captiuitate miserã illa Cõstãtinopo li tãta fuit ẽt ipe captiuus: & nũc itẽ q̃q̃ uideẽ liber: seruit tñ miserã seruitutẽ i suis mõachis apud i pios Turcos. Itaq; ut ẽ tui pris officiũ. q̃rere cogiẽ ad eos redimẽdos: quos æq̃ diligit atq; filios religiõis caritate i xpm Iheſũ. Hũc igt̃ Dionysiũ tibi plurimũ cõmẽdo. Nõ. n. paꝝ accedet ad gloriã pricipis tui tã sãcta ac tã pia munificẽtia. Reliq̃ tu p tua prudẽtia itelligis. Petrus Thomasius medicus scripsit ad me nudiusnonus nõdũ accepisse nostrã Sphortiadã. Itaq; rogo te: ne illã diutius apud te hospitari patiaris. Hoc erit mihi uæhemẽter gratũ. Vale. Ex Mediolano: viii. idus iunias. Mcccclv.

¶ Franciscus philelphus Frãciſco Aleardo. S. D.

VIdeo sane me amari abs te plurimũ: qtãdoqdẽ moleste nõ feras Galbæ Othonisq; uitas: q̃s e græ cis latinas fecimus: diutius q̃ par sit hospitari apud te. Sed posteaq̃ itelligis eẽ ipud ẽtis: istas uelit tãdẽ extrudas: cogasq; uel inuitas redire ad dñm: & ne solas qdẽ: sed cũ Chrisolorina illa præclara epistola: quã ppediẽ rediturã ad te curabo. Vale. ex mediolano. vi. Kal. Quintiles. Mcccclv.

¶ Franciscus philelphus Albertho Zancario. S. D.

REspondi pximis diebus ad ea: q̃ mihi scripseras ex publico decreto. Tibiq; diligẽter apefui: sentẽ tiam animi ei: in quã ipsam si a uobis quoq; itum fuerit: habebũ toia recte. Reliquũ ẽ: ne differas:

sed q̃primũ ad me lr̃as des: quibus fiam certior de re omni: quaꝫ nr̃a intereſſe iudicabis. Vale. ex Mediola. pridie Cal. iulias. Mcccclv. ¶ Franciſcus Philelphus Gulielmo urſino Franciæ cancellario. S.D.

EXiſtimo fieri aut nũcioꝝ negligẽtia: aut ẽt fortaſſis occupationibus tuis: ut lr̃æ tuæ uel mihi non reddant̃: uel nõ eãt ad me. Nã me tibi humaniſſimo uiro eſſe cariſſimũ nõ ſum neſcius. Cæterũ uelim ſcias in e⁹ dẽ me eẽ ſnia: quã antea ad te ſcripſi. Qua de re eruditiſſim⁹ p̃bs ac medic⁹ Thomas coronẽſis tecũ uerba faciet. Ad hæc dedi ad te Ioanni coſſæ uiro nobiliſſimo opus meũ ſatvricũ: ſatis emẽdatũ etſi minus elegãti codice p̃ſcriptũ. Malui tñ aliqd ad te dare q̃ pati ut uir utriq; nr̃m amiciſſimus monimẽtis meis oio uacuus ad te ſtret. Nã aliud qcq̃ per id tp̃is nihil mihi erat i manu. Vale. ex Mediola. xiiii. Cal. Augu. Mcccclv. ¶ Franciſcus philelphus Thomæ philoſopho ac medico. S.D.

ACcepi ſupiore hyeme tuas lr̃as & illas qdẽ p̃humanas ac plane teſtes amoris ſummi erga me tui. Qui autem illas reddidit: cum eſſet Patauium tui negocii cã petiturus: dixit ſe non multo poſt rediturum ad me. Quare qcquid eſſem reſponſurus: in id tp̃is reiicerem. Rediit autẽ diu poſt. Meq; adiit cũ diſcũberẽ. Itaq; illico ſurgens ſcripſi ad te: ad ea quæ diligentiſſime reſpõdi: quoꝝ gr̃a ad me ſcripſeras. Sed ubi nunciũ tuũ q̃ro: cũ inuenio eodẽ tp̃is momẽto abiiſſe: quo me adierat. Itaq; paucis ea repetã. Idq; κατατηο ελληνωυ γλωττων. Vale. ex Mediolano. xiiii. Kal. Auguſtas. Mcccclv.

¶ Franciſcus Philelphus Gulielmo urſino Franciæ cancellario. S.D.

NIcolaus Trachaniotes & Alexãder cacanus q tibi meas lr̃as reddiderũt. uiri ſunt & Cõſtãtinopolitani & nobiles: quoꝝ cõditio eadẽ eſt: q̃ reliquoꝝ gr̃æcoꝝ: q Turcis impuriſſimis Chriſti hoſtibus q̃ ærũnoſiſſime ſeruiũt. Hos igit̃ tibi plurimũ cõmẽdo: ut cæteros cõſueui: qui in eadẽ poſiti ſunt miſeria. Præterea Nicolaus is Trachaniotes depoſuit crucẽ quãdã: ut ait: quæ cõtinet ligni p ticulã ſanctæ illi⁹ & imaculatæ crucis: qua pepẽdit Ieſus Chriſtus ſaluator nr̃: apud græcũ quẽdã cõciuẽ ſuũ noie Michaelẽ Mãmonã. Hãc is michael huic ſubtrahit: fallitq; fidẽ boni uiri. Tuæ igit̃ p̃bitatis iuſtitiæq; fuerit: ne patiaris in ſanctũ lignũ fieri ludibriũ. Quod facias: te etiam atq; ẽt rogo. Vale. ex Mediolano. ix. Kal. Auguſtas. Mcccclv. ¶ Franciſcus philelphus Thomæ coronæo philoſopho ac medico. S.D.

ET ſi plane ſcio ea te eſſe humanitate: ut nullis etiã meis lr̃is p̃benigne ſis exceptur⁹ uiros nobiles atq; græcos Nicolaũ Trachanioten & Alexãdrũ Cananũ: tũ pro officio meo non potui eos tibi nõ cõmendare. Noſti. n. q̃ piũ ſit opus benefacere indigẽtib⁹ & p̃ſertim ſuis. Itaq; rogo te: ut ob meã cõmendationem tantus cumulus accedat ad id qd̃ uel tua ſponte facturus eras: ut ambo intelligant me de ſe tibi q̃ diligentiſſime ſcripſiſſe. Vale. ex Mediolano. ix. Kal. Auguſtas. Mcccclv.

¶ Franciſcus philelphus Thomæ coronæo philoſopho ac medico. S.D.

BInas lr̃as diebus p̃ximis ad te dedi: q̃bus nõ obſcure noſſe potuiſti ſniam oẽꝫ animi mei. Sed cũ tuus iſte nunci⁹ p̃ſbyter Vgo eſſet oblatus: qui ad te iret: eũ uacuũ meis lr̃is uideri abs te nolui. Itaq; eadẽ græce repetã: paucis q̃ antea pluribus ſum cõplexus. Vale. ex Mediolano pridie Kal. Augu. Mcccclv. ¶ Franciſcus philelphus Gulielmo urſino Franciæ cancellariæ. S.D.

VIcq̃ tibi noie meo p̃ſbyter Vgo corã exponet: id oẽ ex animi mei & ſnia exponet. Nã pp eius feſtinationẽ nõ potui lr̃is lõgior tecũ eſſe. Præterea nec erat opus: cũ ea de re ſcripſiſſem ad te antea. Nec illud tñ omittã dediſſe me ad te ſupiorib⁹ diebus ad quartundecimũ kal. Auguſtas uiro nobiliſſimo Ioanni coſſæ meaꝝ ſatyraꝝ codicẽ: quẽ ſi accepiſti: bene eſt: ſin minus acceperis: tuũ eſt curare: ut q̃primũ eat ad te. Exiſtimo. n. fore: ut eiuſmodi ope nõ mediocriter delecteris. Vale. ex Mediolano pridie Kal. Auguſtas. Mcccclv. ¶ Franciſcus philelphus Ioanni Mario filio. S.D.

PLacuit carmẽ tuũ: placuit epiſtola. Quæq; ſcripſiſti: oia me plurimũ delectarũt. Quib⁹ ãt honoribus te floreãtiſſimus Sabbaudiæ dux ornarit: illis te facito dignũ p̃ſtes. Qd̃ ita maxime cõſequeris: ſi cũ doctrinã: tũ nõ minus diligẽtiã ingenii bonitati adhibueris. Videre. n. in te filiũ uideor qd̃ ſtoicis placet: nõ ingenii min⁹ q̃ corporis uim q̃dã a patre emanaſſe. Sed ea uis ois audiẽdo: legẽdo: meditãdo: docẽdo: diſſerẽdo: ſcribẽdo: excitat̃: alit̃: augeſcit. Itaq; nolim: induſtria diligẽtiaq; minus q̃ cæteris uel naturæ uel diſciplinæ p̃ſtãtiis frætus eſſe ppoliuſq; iudiceris. Reliq̃ oia q̃ petiſti per lr̃as: curabo tẽpeſtiue. Nã ad ea cõtinuo p̃ſtãda tp̃s mihi nõ fuit. Sed cũ Xenophon filius iſtuc ierit: id qd̃ ppediẽ ẽ futurũ morẽ gerã tuo deſyderio: Amicus tuus uel noſter potius uir nobbilis Ariſminus noſtro officio uti noluit. Vale. cum uxore & filiis. Ex mediolano. iii. nonas auguſtas. Mcccclx.

¶ Franciſcus Philelphus Alberto parrhiſio. S.D.

VOtibi homini amiciſſimo gratificaret: dedi ad Iacobũ Luparũ codices duos meos: ut noſti: ad viii. Idus decemb. quos a me petierat tuis uerbis. Eos iãpridẽ ẽt atq; ẽt repetitos a me per litteras: nõ poſſũ nõ mirari: q; ad dominũ tãdẽ remittere Iacob⁹ noſter neglexerit. Itaq; peto abs te atq; contendo: id efficias: ne me in poſcẽdo importuniorẽ patiaris. Vale. Ex mediolano nonis Augu. Mcccclv.

¶ Franciſcus philelphus Lodouico caſellæ. S.D.

BAldaſſar Cremẽſis q medicinæ ſtudet apud uos: renũciauit mihi hoc die ſeſe iterfuiſſe nup ſermõi cuiptã Guaryni Veronẽſis: q affirmaret iccirco i p̃ximo epithalamio qd̃ i iclytæ atq; pudiciſſimæ Beatricis & magnifici Triſtani Sphortiæ nũptiis habuiſſẽ Ferrariæ: nullis me donatũ munetibus a p̃ſtãtiſſimo duce borſio: quontã diceꝝ p̃termiſiſſẽ de æſtẽſiũ pricipũ origine. idq; oi uꝫ maxime dicẽdũ fuiſſe Guarynũ noſtrũ cõtẽdere: Hæc ipſe audiẽs. Lodouice partim cogor tibi quodãmõ: ut ita loq̃r: ſuccẽſere: partim Guaryni memoriã ridere atq; cõmiſereſcere: q ōblit⁹ uideat̃. Philelphũ iſcribẽdo nihil oio neq; p̃terire: nec negligere ſolitũ. Quid. n. Guarynus nouit: qd̃ Philelphus ignoret: Nam ſiqd

plus ualeat Philelph⁹ an id minus: alii iudicēt. Oium primū breuitati: ut scis: fuit inseruiēdū: id qđ in meæ oronis initio paucis q̄stus sum. Deinde nō altius repetēdū de principib⁹ æstēsibus fuerat. q̄ de Sphortiis facerē. At plures sunt a me laudati æstēses q̄ Sphortiæ: cū tū essem a Frācisco Sphortia tali ac tāto principe ad id negocii obeūdū & delect⁹ & missus. Quid qđ multo fuisle3 & copiosior & ornatior: si me per tuas litteras docuisses. qđ de tuis imo nris æstēsibus abs te antea tribus deinceps epistolis cōtēderā? Nū qd es oblit⁹ me tertiū scripsisse tibi eā eē pricipis mei sniam: ut istucirē habēdi epithalamii gra. Teq; ēt atq; etiam rogasse ut q̄m mihi nulla eēt cognitio eo⁹ q̄ ad æstēsis familiæ laudes maxime ptinerēt: ad me oia q̄diligentissime p̄scriberes: q̄ laudāda ac principi tuo grata censeres. Nōne eadē quoq; abs te tū per lras: tū per Antoniū tricinū ducalē aulicū cōtinuo petiī: quo die in suburbanos illos Ferrariæ hortos diuertimus? Ad hæc qs est uel mediocriter doct⁹ quē latere debeat extraria ista oia q̄ tāti Guarynus facit: ab aliis in minimis duci bonis ab aliis uero ne in bonis qdē duci: quo fit: ut ois uera laus uirtutis sit. At uirtutis a me æstēses sunt pro tpe egregie laudati. Nulla igr aduersus me q̄q̄ utaī in simulatiōe: nulla calūnia: q̄re minus me munifice mūificētissimus dux Borsius tractarit: cū ab ipso eq̄dē q̄tū mea fert opinio: phumaniter tractat⁹ fuerim: ut græci dicūt. μεγαλοπρεπῶς q̄ppe q me tū publice miris laudib⁹ extulerit: tū alacriter priuatim monuerit. sigd esset qđ de se mihi usui foret. id oē in mea eē ptāte positū? Aut igīt a me nihil erratū est: aut sigd ē erratū: id oē tibi amicissime lodouice dādū existimo. Itaq; uel meā tu apud ifimulatores istos: uel tuā apud me cām tuere. Vale. Ex Mediolano. vi. idus Augu. Mcccclv.

¶ Frā. phi. Lucino genuēsi iureconsulto. S. D.

ACcepi ex lris Ioānis Marii filii cū eximiā tuā erga se multis in rebus benignitatē: tū singularē beniuolētiā erga me. Quo qdē duplici liberalitatis gñe facile admoneor: ut te nō diligā solū: sed ēt maiorē in modū amē. Quod eo facio libētius: quo eū te uirū eē intelligo: qui & ciuili sapientia & bonaꝝ artiū disciplina ingētiq; uirtute talis tātusq; sis: ut a⁹ p batissimis oibus optimisq; uiris iure obseruād⁹ colēdusq; iudicēris. Itaq; nō mō q; i me amādo in filioq; mihi dilectissimo āplificādo officiosissimū te pstiteris atq; pstes: es mihi inter amicissimos habēdus: sed ēt q; is sis: quē uel nullo ꝓuocati beneficio boni & docti oēs debeāt oi beniuolētia pseq. Habe igīt me in tuis: meq; utere pro uoluntate tua. Nunq; te tua de me fallet opinio. Vale. ex Mediolano. xiiii. Cal. septēbres. Mcccclv.

¶ Franciscus philelphus Nicodemo Tranchedino. S. D.

DE re illa Alexādria nihil ad me scripsisti. Itaq; nescio: qd mihi de muto sperādū sit: quo d tāpridē spē oēm abieci. & mirari tu qdē soles istiusmodi hoies tā breui locupletari: qui nō in dādo solū: sed etiā in accipiēdo mutuo fœnerēt. qđ inq̄ fœnerēt: imo latrocinēt. Hēat in rē malā & muluꝫ & marisсas suas: mō tu me illi carū facias: q oia pōt & me aliq̄do fore ostendit: ut reuocaret ad se: haberetq; i suis: qđ ut faciat: ēt atq; ēt rogo. Dns Ioannes Tholētinas: q fuit brixiæ abbas sancti nicolai: uir est & religiosus & bonus mihiq; amicissimus. Is cupit creari epūs titularis: habetq; hac de re lras cōmēdatitias ad sūmū pōtificē a pricipe nro. R ē tu mihi facies gratissimā: si huius negociū ita capesseris: ita gesseris ut intelligat meā quoq; cōmēdationē sibi nō mediocriter ꝓfuisse. Valc cū senēsib⁹ tuis istis stagnis oraq; mariti ma. Ipm cælū petim⁹ stultitia. Vēamini. n. uētos. Tu Carolo Gōzagæ heroi meo nobilissimo me cōmēda Veliq; ex eo certior fias accepit ne i hāc diē meā Sphortiadā. Nā illa tādiu reddita ē una cū meis ad se lris Nicolao guaryno scribe suo Venetiis. Vale rursum. Ex mediolano. xiiii. Cal. septēbres. Mcccclv.

¶ Franciscus philelphus Augustino dato. S. D.

NOli tibi psuadeas ulla mea uel negligētia uel tui obliuiōe factū eē: quo min⁹ ad tuas unas supioris lras tibi respōderi. nā ut scire lōgo iā usu potuisti: nec me oi ēti re diligētior ē q̄q̄: nec tui obliuisci queā ab quo me nori nō secus amari obseruariq; q̄ si eēs filius. Sed meæ mihi occupatiōes huic dulci ploq; officio fuerūt ipedimēto: q̄bus ipsis & si ne nūc qdē sum uacuus: malui tamē uel paucis ad te respōdere: q̄ pstare diuturniore silētio: ut iure uideri posse obiurgandus abs te. Delectauerunt me uæhemēter tuæ lræ: qppe q̄ testes locupletissimæ sint nō minus pstātissimi tui ingenii q̄ sūmæ erga me pietatis. Placet eruditio: placet orationis nitor: i primisq; tua modestia & hūanitas. pge igitur ut cœpisti: quo tum beniuolētia tua te indies magisq; diligamus: tum pristinæ nostræ doctrinæ fructus ex tuis disertissimis monimentis quottidie capiamus uberiores Vale. ex Mediolano. iii. idus septembres. Mcccclv.

¶ Franciscus philelphus Bartholomæo scalæ. S. D.

SCripsi ad te breui⁹: q̄ & ipse uelles: & mihi opus eēt. Sed nō multo post cum qd plus otii nactus fuero: tibi simul mihiq; faciā satis. De re uermia qđ scire cupis: totū ē i expectatione. Amicus. n. ille q eo loci ipse ꝓfectus ē: nōdū redīt Mediolanū. Aiūt tamē ad triduū redituꝝ. Cū primū reuerterit oia cognosces. Tu interim Vale. & nos ama. ex Mediolāo. iii. nonas octobres. Mcccclv.

¶ Frāciscus philelphus Lodouico Mātuæ marchioni. S. D.

ET si nō ignorabā eo te eē igenio atq; ai magnitudie ut etiā sine ulla mea cōmēdatiōe q̄liberalissime mūificētissimeq; excepturū arbitrarer uirū illustrē. Michaelē Dromachatē Chrysolorā manuelis ill⁹ Chrysoloræ necessariū: q extincta bonaꝝ artiū studia in lucē ad latinos reuocauit: itē q; uiros nobiles Demetriū: & Michaelē assanes: mei tū existimaui eē officii: ut te certiorē facerē3 cuiusmōi uiri eēnt. Sūt. n. ut itelligis: honestissimo nati genere & ildē oēs Cōstātinopolitani. qq; penes Turcū imanē illū & ipiū Mahumetū q̄mis errimā seruiūt seruitutē. Itaq; peto abs te ut ea in hos tris benignitate uti uelis: q̄ i oēs cōsuesti: cū itelligas idē quoq; & ab hoc nro pricipe & ab aliis plæriscq; & principib⁹ & regib⁹ esse factitatū: qbus te oio cedere sit idignū. Vale priceps optime. Ex mediolāo. iiii. idus octobres. Mcccclv.

¶ Franciscus philelphus Lodouico Mantuæ marchioni. S. D.

PLures tibi plureſq; in dies comẽdẽ: neceſſe ẽt q̃do & itelligũt oẽs me tibi eſſe cariſſimũ: & apud te nihil eẽ antiq̃s beneficẽtia. Andronicus trychas ſpãtunes: & georgius ducas armenes uiri ſũt. & nobiles & Cõſtãtinopolitãi: & qui apud Turcos ærũnoſiſſimã ſuitutẽ agũt. Itaq; rogo te: eos hẽas mea, ẽt cã cõmẽdatos: qppe qui digni ſint humanitate & mũificẽtia tua: Hoc erit & tibi gloriæ non uulgarı & mihi admodũ gratũ. Vale. ex Mediolano. x. Cal. nouẽbres Mcccclv.

¶ Franciſcus Philelphus Bartholomæo epiſcopo ſcalæ. S. D.

DOſteaq̃ pximas lſas de te dedi pigello negociatori Coſmiano hoi pbo & diligẽti: bĩnæ mihi tã dẽ redditæ abs te ſunt eodẽ ferme tpe. Itaq; ne plyxitate epiſtolæ te diutius legẽdo remorer: ſcio lõgonẽ Philippũ illũ nõdũ reuertiſſe Mediolanũ. Nec aliud credo fuiſſe in cã q̃ abſentiã pricipis q̃ tñ nudiuſtertius redilt. Quod fit: ut illũ quo in horã expectemus. Cũ primũ aduenerit: rẽ oẽm ſtelligã: eãq; ad te ſcribã. Bona eqdẽ ſpe ſum. de me uero qd ſcire uis: ppediẽ tibi morẽ gerã. Vale. ex mediolano. x. Cal. nouẽbres. Mcccclv. ¶ Fran. phi. Tomæ coronæo philoſopho medicoq;. S. D.

QVo magis expecto ſuauiſſimas tuas lſas: eo maiore caꝛe icẽdor deſyderio: quo ut me tãdẽ aliq; leues ex pte: te ẽt atq; ẽt rogo. Quare etſi nihil mihi noui acciderat: quod adſcriberẽ: tamẽ uel declrãdi aptius amoris erga te mei gra: uel ut te ad reſpõdẽdũ icitarẽ: nouũ quoddã argumẽti gẽus iueni. ẽ mihi opus lyricũ carmibus uariis metriſq; cõpoſitũ p uarietate & modulos & numeros ſtros ωΔΗ nomẽ eſt: cũ his iſtis lſis ad te dedi: ut hẽres q̃ſi deguſtationẽ quãdã huiuſcemõi mei nõ tã negocii q̃ otii. Ex aũt carmẽ ſaphicũ mixtũ adonyco. Cũ primũ uero tua epiſtola fuerit ad me: cõtinuo id opis lyrici qd dixi aduolabit ad regẽ. ſi regis igiꝛ gloria tibi curæ ẽ: uel regis iſtius cã q̃primũ reſpõde. Vale. ex mediolão. vii. Cal. nouẽbres. Mcccclv. ¶ Frã. phi. Guilielmo urſino Frãciæ cãcellario. S. D.

SI rebus meis delectari iis cõſueſti: q̃ uel leuiuſculæ ſint uel ad ignotos ſcripta: q̃te arbitrer tibi uoluptati fore: ſiqd meũ lectitaris: qd tui uel nſi, potius. Chriſtianiſſimi Regis Caroli ſplẽdidiſſimo noie apud uniuerſas: ut ita dixerim: gẽtes natiõeſq; illuſtret: ad q̃s latinæ muſæ uox peruaſerit? Opus. n. carminũ cẽtũ q̃ a græcis odæ noiant: ad decẽ millia uerſuũ ſum aggreſſus: qd i libros decẽ diſtribui p unius Appollonis nouẽq; deinceps muſarũ noibus. In his uero qcqd ad muſicã harmoniã ptinere ex iſtimaui: qd grauitatẽ. ſ. egregiã aliquã p ſe ferret nõ inneptæ ſuauitati admixtã: ſũ uarie ſparſim q; pſecutus. Quod eo libẽtius feci: q; res digna uiſa eſt: quæ dignis uiris obſcura nõ eſſet. Quis eni ignorat ut alias rõnes omittã: tãtã uim eſſe in muſica harmonia ad oẽs animi motus: ut ne pythagorici qdẽ acutiſſimi illi pſtãtiſſimiq; philoſophi affirmare dubitarit imortalẽ hois aium cõſtare cõuẽiẽtia muſica: nã q ueri & ſũmi dei cognitionẽ nõ hẽrẽt: rẽ ab effectu quopiã ſenſuq; iudicãtes ut in citharis & reliqs muſicis iſtrumẽtis ſonos: ita in corpib⁹ hũanis aios huiſmõi quadã ac ſimili harmõia defiiebãt. ſed hæc nſi Theologi longe doctius & uerius q̃ oẽs gẽtiles philoſophi & nouerũt & diſputãt. Nemo tamẽ repugnarit doctrinã eruditio neq; muſicã eẽ pulcherrimã & putilẽ in primiſq; neceſſariã: & eãdẽ quoq; poetarũ eẽ admodũ ppriã. Quare cũ ipſe nõ poetã minus q̃ oratorẽ atq; philoſophũ pfiteri debeã: cũ primũ ſatyras abſoluiſſẽ: iis tãq; defatigatus ad hoc mitius ſcribẽdi genus me cõtuli: ubi quãtus & q̃lis fuerim: alioq; iudicio deꝛ. Huius autẽ opis primũ carmẽ hoc eſt qd modo dicebã oden. Iccirco dedi ad te ut intelligas me inſtitutũ meũ: qd noſti: neq; obliuiſci: neq; negligere. deguſtabis igiꝛ qd offerꝛ primiciarũ mearũ ad regẽ ppedlẽ uniuerſis huiuſcemõi ſtudii noſtri fluctibus ipſe etiã pfructurus. Vale. ex Mediolano idibus nouẽbribus. Mcccclv.

¶ Franciſcus philelphus Stephano cornello regio ſecretario. S. D.

IBelli tui tãpridẽ ſunt abſoluti. itaq; eos hẽbis cũ uoles. Verũ ne diutius differas: moneo: Librarii eni leuiuſculus ẽ planeq; moroſus: Cũ hiſce ternas lſas ad te dedi: quarũ unæ Ioãni coxæ reddendæ ſunt idq; q̃primũ: alteræ Guilielmo Frãciæ cãcellario. tertiæ Thomæ græco Caroli regis medico Nihil es mihi facturus hoc tpe gratius: q̃ ſi operã dederis: ut hæ oẽs lſæ & q̃celerrime & q̃diligentiſſime reddanꝛ. Siqd aũt epiſtolarũ ad me dederis: cui cõmẽdes ẽt atq; ẽt cogit⁹. Volo. n. res meas diuulgari hoc pſertim tpe: quod non omnino caret ſuſpicione. Scire ex te cupio: quid futurum putes bellum ne an pacem: Hoc uero iccirco a te querꝛ qm̃ inſtitui in Hiſpaniam breui proficiſci ad apoſtoli Iacobi templum uoti ſoluendi gratia. Vale. ex Mediolano idibus nouembribus. Mcccclv.

¶ Franciſcus philelphus Hieronymo caſtello philoſopho medicoq;. S. D.

GVm nup ad aprilẽ iſtic epithalamii illi⁹ Sphortiani habẽdi gra fuiſſe: memini occurriſſe mihi inter eũdẽ Baptiſtã piaſiũ nobilẽ medicũ eũdẽq; aſtronomũ: quẽ poſt primos amicitiæ cõgreſſus nõ potui nõ mõere: ut poſthac eẽt cautior i cõſyderãda hora: hoc ẽ ὡροσκοπο natalis Sphortiãi nõ. n. Frã. Sphor. principẽ hũc nſm hora ut uulgo putãt diei⁹ uigeſima natũ eẽ: ut nũc nũeram⁹ ſed ueſptino crepuſculo. Nec. n. partũ itereſſe ad iudicãdũ horoſcopi teneri rationẽ. Veſpertino ãt crepuſculo eũ enataſſe in lucẽ: q̃s: oiuꝫ melius noui: q̃ mſt: At ego hãc rationẽ: ex nſi principis matre ſiſcitatus ſum diligẽter. q̃ tãdẽ ex me intelliges: q̃ eiuſcæ rei opinio i hoiuꝫ mẽtibus lata lõgeq; inſediſſet: ſurridẽs inquit: forraſſis & duo ſũt Franciſci Sphor. & duæ itẽ Lucie eoꝝ mres. Cæteꝝ q̃ lucia franciſcũ Sphor. Mediolanen ſium Ducẽ ex inuictiſſimo illo Mutio ſphortia pepit: illã me eſſe puto ni forſitan oblita ſum mei. Itaq; deſinãt cæteri affirmare: qd neſciũt & credãt mſi de filio: quæ & parturiit: & peperit eũ. Hæc mi Hieronyme iccirco tibi cognita eẽ uolui: ut intelligeres: q̃tũ flt fidei iudiciis iſtiuſmodi adhibendum: q̃ aſtronomi quidam: uel aſtranemi potius tã incõſyderate effutiũt. Aut igiꝛ taceant: ne ſint oibus ridiculo: aut diligentius omnia metiantur. Tu ueli: me iterea burſio excellentiſſimo principi cõmendes. Vale. ex Medi. xv. Kal. decẽ. Mcccclv.

¶Franciscus Philelphus Guilielmo Vrsino: Franciæ cancellario. S.D.

CVm Manuel Iacob nři huius pricipis noie ad Christiãissimũ regẽ Karolũ iter faceret: idõeus nũ cius uisus est: cui meos libros de exilio darẽ ad te dono. Nã iãpridẽ sum ex multis certior factus te affici hoc desyderio. Est etiã cũ his & lõgior, q̃dã ad regẽ aduersus infideles epistola & carmẽ q̃dã itẽ lõgiusculũ. Si tibi morẽ gesserit: res erit: mihi pgrata. Abs te ãt duo sunt: quæ petã: unu; ut tuas lras ad me des & qdẽ talis: q̃lis maxime expecto. Alterũ ut Manuelẽ hũc q̃tũ: s. ad expeditionẽ eius attinet: ita tractes: ut itelligat meas sibi cõmẽdatiões fuisse nõ iutiles. Vale. ex medi. x. Kal. decẽb. Mcccclv.

¶Franciscus philelphus Thomæ coronæo philosopho medicoq;. S.D.

NIcolaus Trachaniotes & alexãder cananus a uobis i italiã redeũtes: cũ mediolanũ uisẽdi mei gr̃a diuertissent: me tuo noie mõuerũt dedisse te lras ad me: q̃bus fierẽ oi de re certior: quã mea inter esse putauisses. Itaq; uolui ne esses nescius, nullas mihi redditas eẽ tuas lras. Quare si me amas: q̃d certe facis: facito ut itelligã: q̃d mihi agẽdũ sit. Vale. ex Mediolão pridie Kal. i anua. Mcccclv.

¶Franciscus philelphus Ioanni Andreæ abbati. S.D.

ET si nudiusq̃rtus lras dedi ad te alteras, de re tua: tñ q; interdũ nũcii sunt uel negligẽtes uel tardiores: repetã: paucis: quæ antea scripserã. Negociũ tuũ apud principẽ & forti & firma & tota acie sũ aggressus. Putoq; nobis ex sñia nr̃a succedurũ: Tu aũt istic cura: ut itẽ lr̃æ apostolicæ eãt ad pricipẽ: & aliæ quoq; a Iacobo nr̃o calcaterra disertissimo iuriscõsulto. & cũ iisce etiã tuæ submissæ: p humanæ: ac supplices. Quas, ois mihi primo reddi uolo: ne si forte alti fuerint redditæ: aut nihil referrat ad prici pẽ: aut secus: q̃ opus sit. Dabisq; operã ne collatu beneficii lr̃æ emanẽt in cõpetitorẽ tuũ. Hæc si feceris: te oi sollicitudie molestiaq; soluã. Rẽ paucis tenes. Vigilia Si Nicodem⁹ Trãchedius istuc aduenerit: eũ ueli noie meo horteris: ne lr̃æ: meæ: q̃s cupio a sũmo põtifice cõfirmari: obliuiscat. Tuq; si opus fuerit: rẽ adiua. Vale. ex Mediolão pridie idus februarias. Mcccclvi. ¶Franciscus Philelphus Ioãni Mario filio. S.D.

ACcepi lras, tuas & cũ his: q̃s Thomas medic⁹ ad te dederat. Erãtq; mihi non multo ante redditæ: tres epistolæ: una a clarissimo uiro Guilielmo Iuuẽale Frãciæ cãcellario: & duæ ab eodẽ Thoma Rẽ oẽm diligẽtissime itellexi. Reliquũ ẽ: ut audiamus: qd ad ea scripturus sit Thomas: q̃ ad postremũ petebamus. id cũ primũ didicero: iter faciã. Cura igit rẽ q̃tũ potes. Vale. Ex Mediolão i dibus februariis. Mcccclvi. ¶Frãciſci philelphi Epistolarũ liber decimustertius.

¶Franciscus Philelphus Sũmo ecclesiæ Romanæ Põtifici Callisto tertio. S.P.D.

ET si nõn ullos existimabã fore beatissime pr̃ Calliste tertie: q; meã erga te obseruãtiã audaciæ noie deprauarẽt: malui tamẽ hõestatis & officii mei q̃ alioq; aduersus me calũniæ hr̃e rõnẽ. Nã qui pluris facit cõmodũ q̃ uirtutẽ: is mihi uidet totus ex fortuna pẽdere: quæ ut & instabilis est: & fallax: ita oi uirtuti maxime aduersa atq; inimica. Quare nõ qd imperiti sentiant sed qd sentiẽdũ sit: mihi fuit cõsyderãdũ. Itaq; iis omissis oioq; reiectis. ita mihi agẽdũ est cum tua sanctitate: ut intelligant omnes nihil mihi fuisse potiusq̃ fauere laudi tuæ: quã qui de se negligit: is ut apostolo paulo repugnat. ita se hoiem esse obliuiscit. Quid eni est magnis hois: q̃ omni studio: atq; diligentia sequi amplexariq; uirtutẽ: At laudẽ qd aliud esse dicimus: q̃ oronem eam: qua uirtutis magnitudo amplitudoq; demõstrat: Itaq; absurdũ est qui bonis octionibus delectat: eas pati in obscuro esse: q̃si qd iuidioq; ẽ pprium alios nolit sui imitatores. Vt igit dignitatis gradu cæteris hoibus mortalibus pstas: ita operã te dare oportet ut ãplitudine pstãtiaq; uirtutis: & sapiẽtiæ cũctis hoibus supior iudiceris: Nã ut grauiter ac recte Cyr⁹ ille Iupior dicere solitus phibet: neminẽ decet impare: q; subditis sit deterior. Et bias ille prienẽsis q unus ẽ inter sptẽ numeratus: pulcherrime monebat impiũ uirũ demõstrare, quod si moq; similitudie bẽiuolẽtia generat natura: dissimilitudie uero odiũ: q̃s ambigat eũdẽ eẽ & bonũ, & doctũ uirũ: q bonoq; doctorũq; uiroq; cõsuetudie utit: ac familiaritate: Quãtã sibi gloriã cõparauit Nicolaus Quitus q te mõ ãtecessit in põtificatu cũ ad cæteras uirtutes suas uitæq; sãctimoniã tãta eruditiõe: tãta sapiẽtia: tãta eloquẽtia polluit: ut oibus beneface ret oẽs ad se acceseret: quos ulla uel ingenii: uel doctrinæ pstantia insignis esse audiret. Videmus unius eius optimi sapiẽtissimiq; põtificis uel diligẽtia: uel mũificẽtia eẽ factum: infinita pena græca uolumina: quæ nr̃is hoibus erãt ignota de rebus maximis atq; clarissimis a græcis philosophis: historicis oratoribus elegantes scripta i latinũ eẽ traducta sermonẽ. Idẽq; factũ ẽ de libris teologicis atq; mathematicis adeo ut non multũ iã iuidẽdũ sit græcis auctoribus: ita multos apud latinos legere liceat. Quod si diuti⁹ aliq̃do fuisset in uiuis: cũ relq; req; aut optimaq;: aut admirabiliũ scriptores: tum poetæ ipsi: maximeq; nobilissima illa duo diuini homeri carmina: q̃bus hoium uita i oẽm partẽ istituit atq; ornat: Latinitatẽ induissent. Quid quod post urbis Cõstãtinopolitanæ captiuitatẽ atq; miserã illam & infortunatã depopulationẽ. nũcios suos & negociatores clam misit p uniuersam illã & Europã & asiã q̃ turcis paret: ad cõquirẽdos emẽdosq; græcos codices nullı̃ neq; labori parcẽs: neq; ipẽsæ: Neq; id negocii frustra suscepti ẽ: Nã inumerabilia ppe uolũina ingẽti etiã pcio aducta sũt i Italiã. Itaq; iure optimo dici põt nõ piisse græciã: sed i Italiã q̃ olim magna græcia dicta ẽ unius eius Nicolai põtificis clemẽtia cõmigrasse. Et ne oio se græcũ dici: q̃ latinũ hr̃i mallet: & nũcios & negociatores misit q̃plurimos p uniuersam Europã cũ grãdi pecunia: q̃ diligẽter ubiq; odorarentur: si quid latinæ grauitatis & elegẽtiæ usq̃ lateret. Idq; nullius precii habẽtes rõnẽ oio ad sese deuehẽdũ curarẽt: Scio unũ ex iis fuisse Enocũ asculanũ: q quõdã fuerat florẽtiæ auditor noster una cu; Aenea isto siluio q nũc senæ gerit epũm. is enim Enochus in daciã usq; pfectus ẽ: & ut referũt aliq in cãdauiã usq;. quæ longissime ultra reliq̃s ois insulas de q̃bus extet memoria apud priscos req; scriptores posita est in mari Oceano e rogiõe germãiæ ad septẽtrionẽ. Itaq; eo tibi maior cura intecta ẽ pr̃ beatissime q; cui i põtificatũ: succedisti: cui nihil

põtius fuit:q̃ cõsule cõiosum bono:q̃ ꝓspicere publicæ xp̃iãoꝝ omniu; utilitati:& gloriæ:q̃ ea seq̃ atq̃ cõplecti q̃ romano põtificatui & ornamẽto:& splẽdori futura essẽt:Nõ suos ille curabat aut locupletare:aut magnos reddere:q̃ sciret iã sibi nullã esse sui potestatẽ:Intelligeretq̃ turpissimũ duci in uiro graui & sapiẽti tem cũ ore nõ cõuenire.Nã qd absurdius dici queat q̃ eum agere qcq̃ impiosius:& pro animi impotẽtia: se in oibus suis lris scribat seruus seruorũ dei:Recte igit Nicolaus:qntus in oibus suis actiõibus assidue de præ se ferebat:suorũq̃ oium oblitus cõmodoꝝ.referebat oia ad dignitatẽ & amplitudinẽ Romani põtificatus.Et ne ullã sapiẽtiæ partẽ neglexisse uideꝛ in uita:intelligeretq̃ nõ solũ duo eẽ uiuẽdi genera:alterũ contemplatiuũ:alteꝝ actiuũ:sed rursus actionũ alias eẽ bellicas:alias urbanas qcquid tpis ab itelligẽtiã rerũ admirabilitũ:atq̃ diuinarũ superat:id omne ita ad uirtutes bellicas trãsferebat etiã urbanas nunq̃ja se reliceret. & hæc tñ oia ad dei:& christianæ religionis dignitatẽ:& gloriã.Parabat magno conatu & uiribus bellum auersus turcos:quos aiaduerteret quottidie magis magisq̃ iualescere:nec aliud aio uoluptare q̃ pniciẽ & exitiũ nois xp̃iani.Itaq̃ belli neruos hoc est pecunias & ab aliis cõparabat:& suis ipse nõ parcebat.Intelligebat eni oia oportere eẽ cõia ꝑ Christo Iesu classem ornabat ingentẽ:& ualidã.Copias undiq̃ accersebat:nihilq̃ ꝑtermittebat:qd ad belli gerẽdi:quod ad cõsequẽdæ uictoriæ rõnẽ attineret.Neq̃ tamen hæc dũ ageret:litterarũ & humanitatis studia a quotidiana sua cõsuetudine aliena faciebat:sed cũ sciret eũ se uirũ:q̃ diuinum in terris solũ regeret atq̃ gubernaret:oẽ; i sese hois excellẽtiã repsentabat:ut nõ minus in oi uitæ actione:q̃ i uniuersæ negligẽtiæ studio reliqs mortalibus ꝑstaret.Itaq̃ uiros doctos & eloquentis assidue apud se hẽbat neq̃ ullũ oio negligebat:in quo ꝑclarã ingenii uim aliquã intueret.Quãta uero in ois huiusmõi uiros munificentia uteret:nemo oium melius nouit:q̃ ipse tu ꝑ beatissime.Faciebat aũt & prudenter:& recte:cũ nosset nihil esse ad excitãdã igenia alẽdasq̃ disciplinas accõmodatius honoratione ac beneficẽtia.Quo qdẽ cõsilio atq̃ benignitate id effectũ iã uidebamus:ut nõ latini mõ:sed cætere etiã nationes in oi oronis:in oi doctrinæ cultu expolirent.Reuocauit illũ ad se deus oipotẽs:q agit oia semp pro sũma infinitaq̃ ꝓuidentia. Et ei põtificatũ succedere te unũ iccirco:ut mihi psuadeo:uoluit:qm̃ prudẽtissimu; innocẽtissimũq̃ cognoscerẽt.Quid.n.tibi deesse ad prudẽtia possit:qui & extremũ seniũ uuis:& in negociis semper maximis:uarii is:difficillimis sũma tua cũ laude es uersatus:Videmus te illã actionis ptẽ:quã ille tempoꝝ calamitate coactus inierat q̃diligẽtissime pseq.Nã tui quæstores ubiq̃ ex populis christianis pecunias exigũt ad cõflãdũ pcõtinẽtẽ in turcos & exercitum.Classis quoq̃ exedificata ẽ rebus omnibus ornatissima & maxima.Virtuti bellicæ q̃tũ in te ẽ:ppulchre cõsulit.Sed reliquũ ẽ:ne urbanæ fiat iniuria.Nã si uiris eruditis:& eloquẽtibus a nobilissimo illo sãctissimoq̃ põtifice Nicolao qnto prudẽtissime cõstituta ꝓmia sustuleris:qd de te uno relinquaꝛ desyderãdũ:nõ obscure suspicari potes.Noli obsecro:q sciẽtissim⁹ sis:a quoq̃ insimulari iscitiæ.Q ẽ eo facilius accidet:quod accusant nõnulli nõ tuã:q inocẽtissimus sis.sed tuoꝝ quorũdã nõ tã subreptionẽ q̃ incuriã isti⁹ bibliothecæ:q̃ tãto nup labore:tãtaq̃ impẽsa ex uniuerso ꝓpe terraꝝ orbe cõparata ẽ.Huic igitur crimini qd nulla tua culpa cõflatum est ut & q̃primum:& q̃accuratissime occuras oportet.Nam confictis ẽt rumoribus ꝓspiciẽdũ est:neq̃ tibi tãta ꝓbitate pontifici famæ notã:ubi neglecti fuerint:possint iureꝛ. Aiaduertimus.n.fieri malo hoium more:ut flagitioſoꝝ famuloꝝ errata in iustos ẽt integerrimosq̃ dominos nõ nũq̃ referãt.Itaq̃ tibi ꝓuidẽdũ arbitror:dũ bellũ paras i turcos:ne domi pdã ipse patiaꝛ.frustra.n.fortis iusti existimemur:si domi iustitiã nõ seruamus i his ꝑsertim rebus q̃ nfæ nõ sunt:sed reip.sed ecclesiæ romanæ:sed Ghristi Iesu.Quare cũ diligẽs librorũ tõ est habẽda:ne peant:tũ qui eos & exercẽt:& norũt honorifice simul & cõmode retinẽdi.Cui enim usui sint futura tot & tã ꝑclara in omni genere disciplinæ latina græcaq̃ uolumina sine his uiris.q̃ & græce sunt:& latinæ eruditissimi:Neq̃ arma bellica sine militibus ac duce utilia sunt:neq̃ triremis sine remigibus:& gubernatore.Sed hæc tu ꝑ beatissime longe prudẽtius:& melius dignoscis:q̃ ipse norim exprimere.Libuit tamẽ:quæ mihi ueniebãt in mẽtẽ:pro me erga te pietate nõ ꝓterire filẽtio:ut intelligeres mihi splẽdidissimũ tuũ nomẽ:curæ esse non mediocri.Quod siqua fortassis in te tuas auris offenderim:id imprudẽtiæ ascribe:nõ uolũtati.Vale pater clementissime:& me cõmendatũ habe.Ex Mediolano.xi.Kal.martias.anno a Christi natali die.Mcccclvi.

¶Franciscus philelphus Petro perleoni.S.D.

FAciam qd petis & libẽter:& cito.Neq̃ erunt ullæ tãtæ meæ occupationes:qbus ab officio ipediar.Tu iterea temporis bono sis aio &.Vale.ex Mediolano.xi.Kal.martias.Mcccclvi.

¶Franciscus philelphus Gregorio Typhernio.S.D.

GOmmẽdatio tua de Laurẽtio Veneto erit mihi loco alieni cõflati aeris.Nã nõ aliter ei oibus i rebus sum adfuturus:ac si eẽt filius.Quod nõ solũ tua cã suꝛ facturus:id qd maximũ hẽt apd me pondus:ueꝝ ẽt mea:q̃ maximo sim abs te dono affectus:cũ eũ mihi cõmẽdaris:q̃ dign⁹ ẽ:ut & diligaꝛ:& ameꝛ ab oibus.Itaq̃ noli de me qcq̃ dubitare:Nã nihil ẽ qd malim:q̃ tibi morẽ gerere. Vale.ex mediolano.xi.Kal.martias.Mcccclvi.

¶Franciscus philelphus Aenico Daualo.S.D.

DE uolũtate Alphonsi regis erga me:& de studio diligẽtiaq̃ tua nõ cõlecturis & argumẽtis firmissimis solũ:sed multis etiã beneficiis iãprid ẽ certiof factus sũ.Itaq̃ tibi ueli idubitato psuadeas nihil eẽ apd me antiqus gratitudine.Et ne lõgior sim tecũ q̃ par ẽ:ppediẽ:ut spero:obseq̃r uolũtati cõsilioq̃ tuo.Vale.& maiestati regiæ me q̃diligẽtissime cõmẽda.ex mediolão.xi.Cal.martias. Mcccclvi.

¶Franciscus Philelphus baptistæ Parrisiano.S.D.

QVantũ itelligo:Nicolaus frater legẽ illã nõ ꝓbat:q̃ iscribit de hercisciũda familia.idq̃ ob nullam aliã cãm.ut existimo nisi qd metuat uelle me q̃ mea sunt repetere:Mõe igit utrũ:bono animo ut

fit. Nã ipo uiuo nihil oio repet/tur⁹ sum: sed oẽm usufructũ: ut hẽat uolo. Absurdũ uero admodũ foret: si p⁹ eius obitũ q̃ mea optimo iure sunt: minus mea aliq̃do dicerent. Diuidant igit̃ inter nos pẽna atq; mẽna bona: & utrã pt̃ ipse maluerit: capiat: alterã uero ita nobis sentiat: ut ipse quoq; dũ uixerit ea fruat: nullo tam alio iure q̃ nro beneficio: Neq; n. suo aio ita humili: ita abiecto: ut istinc uelim ullã uitæ alimẽta mihi afferri Mediolanũ. At caruisse oio pẽimonio uideri nolim. Diuidat ergo uniuersum pẽimoniũ: æqs portiouib⁹ ut uterq; norit & qd sit suũ: & qd nõ suũ. Deide capiat frater donec uixerit redditus ois æque posthac: ut añ hac cõsueuit: sed fraterno beneficio. ut nõ aliquo aut occupationis: aut diuturnæ possessiõis iure. Tenes paucis mentem meã. Quare poteris monere fratrẽ: ut ultro faciat: qd cogi põt inuitus. Vale. ex Mediolano. xi. Cal. martias. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Antonio beccharie. S. D.

MOnui te antea semel & iterũ per lras: ut Plutarchi parallela: q̃ hinc abiens tecũ sportasti me iscio mihi curares reddẽda deniq;. Tu uero neq; das codicẽ: neq; lras. Itaq; nõ possum fidẽ boni uiri nõ desyderare in te. Nõ enim facis ut te decet. Quid enim aliud fuit asport re clã illiusmodi meum codicẽ me nõ mõ inuito: sed totius tuæ abitionis inscio: q̃ uel rape: uel furari. Quo. n. debeo alio uerbo uti: cum nihil oio respõdes? Itaq; te ẽt atq; ẽt hortor: ac moneo: ne mihi moueas bilem. Sed cura: ut meus codex q̃primũ ad me redeat. Vale. ex Mediolano. xi. Cal. Martias. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Augustino dato. S. D.

MIror qd in cã sit: qd sæpe meis lris ꝓuocatus nihil oio in hãc diẽ respõderis: cũ nõ tacẽdi a nobis sed dicẽdi artẽ didiceris. Nec enim puto te usq; adeo occupatiõibus obrutũ: ut nihil oio tibi deẽ otii ad offm. Quid abs te uelim: & qd te deceat: nõ es nescius. Vale. ex medio. xi. cal. mar. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Albertho zanchario. S. D.

PEtrũ ioãnetũ illũ medicũ: qui quo tpe ultimũ Bononiæ docui. docebat & ipse Senet: nõ debes eẽ oblitus. Erat. n. & bononiẽsis & tibi ut uidere uideor familiaris. Hẽbat ille apud se duos meos codices & cõmẽtatorẽ Seruiũ in tria Virgilii carmina & ipsa carmina. Oderare sigd cauit testamẽto. Vale. ex mediolano. xi. cal. martias. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Lodouico casellæ. S. D.

NIsi tua mihi beniuolẽtia iãpridẽ certissimis documẽtis ꝑspecta esset: uterer fortassis accuratiõr oratiõe. Sed uix est qcq̃ magis alienũ ab amicitia diffidẽtia. Quare cũ liqdo intelligã te esse pcupidũ meoꝝ cõmodoꝝ in re ꝑsertim & hõesta: & pia utar & breui tecũ & apta dictiõe. Permulta mihi i cõmoda sunt. sed unũ sane oium molestissimũ: qd grãdiuscula mihi est filla: & ea qdem moribus modestissimis. Vnde hãc tradã uiro mihi satis nõ est. Desunt. n. ad dotẽ auret ducẽti. Rogo te id meo nõie nũcies duci Borsio: eũq; tua illa suauiloquentia qua durissimos etiã lapides soles demolire: non ores mõ: sed exores ne patiat̃ me diutius huiusmodi angi incõmodo. Haud. n. dubito: qua facilitate ac munificẽtia ẽ nobilissimus iste princeps: non inuitus opem tempestiue feret huic tãtæ meæ necessitati. Tibi uero hẽbo grãs immortalis. Tecũ longior esse nolo. Nec enim oportet: cum & natura sis humanissimus: & mei amãtissim⁹ Vale. ex Mediola. xi. Cal. martias. Mcccclvi.

¶ Fran. philelphus Guilielmo iuuenali ursino eqtĩ aurato frãctæ cãcellario: barõiq; tremelli. S. P. D.

GRauẽ & pdisertã epistolã tuã ea uoluptate plegi: qua rẽ diu multũq; exoptatã unq̃ antea cõsueuerim. Supasti ꝓfecto expectationẽ meã. Nã tãetsi utrũ te magnũ sapiẽtẽq; opinabar: tamẽ ut uero fatear sniam ai mei tãta in te esse ingenii uim tãtũ dicẽdi robur: tãta copiã: tãtũ nitorẽ ac dec⁹ Haud arbitrabar. Itaq; mihi plurimũ gratulor: quod eũ te amicũ & beneficẽtissimũ qdẽ amicũ sum adeptus: in quo sũma oia eẽ intelligo. Nã de me tibi qd aliud queã polliceri: q̃ & bẽiuolẽtiã & obseruãtiã singulatẽ: Quod añt mea tumultuaria scripta tãti facias q̃ti ego certe nõ duco: id abũdãtia quadã fit ꝑ pui amoris erga me tui. At cæcũ finxit amorẽ ãrigtas iccirco: ut mea fert opinio: qd ubi fuerit uæhemẽtior recte iudicare nõ sinat. Verũ facile patior hac in re falli te: modo a me malora nõ exigas: q̃ ipe ꝑstare possiꝫ Neq; id de mutuo amoris officio itelligi abs te uolo. Nã hac una in re: uel æquabo te uel fortassis etiã supbo Cæteris eni i rebus quo uisus fuero te inferior: eo magis atq; magis operã dabo: ut uel ipe tu me iudices amãdo superiorem. Vale. ex Mediolano. x. cal. martias. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Thomæ frãco philosopho ac medico. S. D.

BInæ lræ tuæ & eæ qdẽ ornatissimæ eodẽ mihi tpe sunt redditæ. Accepiq; nõ multo post tertias q̃s ad ioãnẽ marlũ filiũ ex oppido heduoꝝ mõte coclerio dederas. fuerũt mihi oẽs & gratæ & dulces. Hẽoq; tibi grãs imortalis: qd nihil õmittas: qd mihi futurũ putes honorificũ. expecto rursũ lras tuas: qbus me moneas. qd abste ꝑ ꝓximas meas lras me monẽdũ eẽ significaut. Nam tãdiu pẽdebõ: q̃diu tua epistola tardarit. Vale. ex Mediolano. x. cal. martias. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelpus Nicodemo trãchedino. S. D.

QVas de mulo fugitiuo pecunias extorsisti: nõ possum nõ ꝓbare: Nã q̃is cõducibilius fuerat accepisse aureos uigiti a ioãne angusciola: q̃ ab alexãdro septẽ ac decẽ: tamẽ amissum mulũ opa & diligẽtia tua recupasse opus ẽ & amici. & Nicodemi. Ad uersurã qũã mihi ꝓponis neq̃q̃ admito Malo. n. nõ mõ a te mihi: sed ab ipso etiã Alexãdro pecuniolã istã deberi q̃ ab eo q oio nõ ẽ soluẽdo. Quod ut aptius itelligas: Petri pauli tui illius lras hisce meis inclusas dedi ad re. itaq; te rogo: ut ꝑ lras cõmutatiõis q̃s mercatores uocãt: q̃primũ mihi. uel cũ aliquo meo detrimẽto satisfaciẽdũ cures. celeritate mihi õpus ẽ. Per cosmianã mẽsã rẽ facile transiges cũ Pigello. Quæ a me petis mittã ad te. Vale. ex Mediolano. ix. Cal. martias. Mcccclvi. ¶ Fanciscus philelphus Micodemo tranchedino S. D.

DEdi litteras heri ad te pigello negociatori Cosmiano: qbus fiebas certior nihil eē spērandum de exigēda pecunia: quā petro paulo illi tuo credidisses. Pugnat. n. cū inopia. Itaq; quo magis eget nūmis: eo uerboꝝ plus hēt. At uerba emere uēdēti uerba nō expedit. Proinde si me amas: qđcer te facis: cura ut ea mihi pecūia soluat hiꝯa pigello uel cū meo aliquo dtrimēto: ut mēsarioꝝ mos ē: hoc est ut istic noīe meo plus des: & hic mihi reddat minus. Nā malo huiusmodi subire detrimēti genus q̄ incōmodari diutius. Rē matura: & Vale. Illustrē meū mœcenatē Karolum gonzagā magno & excelso animo uiꝝ saluere plurimum opto. ex mediolano. yiii. Kal. martias. Mcccclvi.

¶ Frā. phi. Guilielmo Iuuenali ursino equiti aurato frāciæ cācellario baroniq; tremelli. S.D.

NIsi liqdo intelligerē quibus es occupationibus septus: subaccusarē te: q; nullas uestris regiis oratoribus litteras ad me dederis. Non. n. te latet q̄ta me uoluptate afficiūt scripta tua: q̄ & grauissima ornatissimaq; sūt: & sane talia: qbus tuā erga me caritatē nō secus pspiciā: q̄ ea q̄ cernūtur oculis. Discere præterea cupiebā: qd sētires de aduētu meo ad regē i offerēdo ope Lyrico: qđ eius splēdidissimo nomini dicaui. At ueniā pfecto ad aprilē: quo diligētius præsens agā: quod absēs minus cōmode possum. Interea uero tpis si quid est quod hinc uelis: tuum est iubere: Ego. n. quod iusseris peramice effectum dabo. Vale. ex mediolano idibus martiis. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Thomæ frāco phō ac medico. S.D.

IBi proximis diebus respōdi ad binas litteras: quas huius principis oratori ad me dederas Expectabā autē abs te intelligere: probaresne adūentū præsētiaq; mea in offerēdo lyrico nostro ope regi Karolo: id quod & ter & iterū antea ad te scripsi. Itaq; sum miratus quid in causa fuerit: quo minus quicq̄ hac de re mihi significaris: pīertim cū ea tibi oblata esset opportunitas ad aduentū regiæ istius legationis: qua nihil poterat cōtingere opportūius. Num fortassis uel tacēdo mones ut ueniā: Ita. n. interpretor. Obtemperabo sane consiliis tuis: Meq; p̄ diuina bēignitate ad mēsē usq; accingā itineri. Vale. ex mediolano idibus martiis. Mcccclvi. ¶ Franciscus Philelphus Ludouico casellæ. S.D.

NTelligo in dies magis id qđ certe dubitaui nūq̄: me tibi eē carissimū. Itaq; tibi uelim oīno psuadeas eū esse philelphū tuū: quo de tibi possis oīa polliceri: quæ uel grati animi sunt: uel ingenui. Vale. ex mediolano. v. Idus martias. Mcccclvi.

¶ Franciscus Philelphus Petro Thomasio philosopho medicoq;. S.D.

REm mihi facturꝰ es ad modū gratā: in primisq; piucūdā: si Ifas hisce tuis adnexas reddi curaueris Carolo gōzagæ & q̄ celerrime: & q̄diligētissime. Quod ut facias te maiorē in modū rogo. Præterea siqd noui hēs de turcis rebusq; oriētalibus: fac ut sciā. Vale. ex mediolano pridie idus martias Mcccclvi. ¶ Franciscus philelphus Nicodemo trāchedino. S.D.

PVto fieri fato nescio quo ut neq; mulus ad me redire: neq; pecunia ire ullo pacto possit. pigellꝰ a suo ipsius noīe nō recedit: q nec Ifis tuis: nec ulla mea oratione ad cōficiundæ rei celeritatē potuerit excitari. Quin ait tādē se tūc daturū operā: ut tibi mihiq; morē gerat: cū sibi loānes clappāus tuas pecūias numerarit. loānes aūt ipse dicit id se facturū cū poterit: Nā sibi pecūias nullas eē. at petrus paulus tuus eadē oratione utiē: qua antea cōsueuit. Itaq; hinc uerboꝝ multū: Illic ueró ne uerba qd ē sumus cōsecuti adeo pigra oia: & lāguida extiterūt. Ego ante Cal. maias oio trāscēdā alpes ad regē frācoꝝ: Tu uale. Et me ama. Ex mediolano nonis aprilibus. Mcccclvi. ¶ Fran. phi. Francisco aleardo. S.D.

GAlbe Othonisq; Cæsarū uitas: q̄s e græcis latinas reddiderā p̄misisti hic abiēs fore: ut ante mēsē reddēdas mihi curares. At iā p̄terlit totus annus: cū neq; illæ nec Ifæ tuæ ullæ usq̄ apparēt. bonū aūt uirū te eūdēq; nobis amicū eē arbitror. Itaq; nō possuꝫ eqdē nō mirari: qd in cā fuerit: ut tādiu & mihi: & amicis pluribus: q̄ istiusmodi uitas uidere desyderārit: & icōmodaris: & incōmodes. Nisi fortassis alii qdā sint apud uos ueronēsis: q̄ apud reliquā italiā mēses. Nā si ut mēsis apud egyptios āni loco ducebat: ita apud uos annus p̄ mēse hēat: rediisse iā tādē ad me debuerat libelli mei. Vale. ex mediolano nonis aprilibus. Mcccclvi. ¶ Franciscus Philelphus Facino forobronūciano. S.D.

ACcepi a nro bonoaccursio pisano q̄ apte: & elegāter ea abs te oīa gesta sunt: quæ ad ducalē Ticini bibliothecā attinebā. Feciſti sane ut soles oīa: prudēter. Itaq; nō mediocrē tibi laudē cōparasti cū apud doctos oīs: tū apud pricipē nr̄m. Reliquū est: id efficias. ut exitus pricipio respōdeat: ad quē ip̄m oportet semp humanis in actionibus pricipiū itēdere. Id uero iterea tpis dū curas: noli obliuiscaris: q̄ mihi rē gratā facturus sis: si huic isti familiari nro bonoaccursio cūctis in rebus ūt cœpisti gratifi cabere: Vale. ex medio. vii. Idus apriles. Mcccclvi. ¶ Frā. phi. petro Thom. philosopho ac medico. S.D.

NOn prius mihi q̄cq̄ de tua amissa ualitudnine ē renūciatū: q̄ de recupata ex tuis Ifis itellexi. Nullis certe occupatiōibꝰ meis eēt itermissa dulcissima nra cōsuetudo scribēdi: siqd mihi ātea fuisset de tua ægrotatōe auditū. Qua esse te liberatū: ita lætor ita gaudeo: ut alia de re nulla magis possim: Reliquū ē ut oēm curā diligētiāq; adhibeas quo te possimus q̄ diutissime frui. Quod ut facias: te p amicitiā nostrā rogo etiā atq; etiā. Ego carminū opus hoc tpe sum æditurus: id qđ regis frācoꝝ caroli dicaui nol: Tu ueli Ifas meas tuis hisce iclusas q̄celerrime: & q̄accuratissime reddi cures mœcēati meo Karolo Gonzagæ. Vale. ex mediolano idibus aprilibus. Mcccclvi.

¶ Fraucisscus pihlelphus Sigismondo pandulfo malatestæ. S.D.

QVanq̄ ex iis Ifis q̄s nudiusq̄ntus Bertholl æ nūcio ad te dedi: satis liquido potuisti itelligere: q̄ sit mea de te opinio: hāc tamē hoc tpe mirifice cōfirmauit suauis disertusq; poetaq; Porcellius rōanus q ut primū mediolanū se recepit: cū apud florētissimū pricipē hūc nr̄; tū apud aulicos put-

puratosq; uniuersos eã de tuis diuinis uirtutibus ofonẽ habuit:qua in te audiẽtes ois icredibili beniuolẽtia cõcitauit. Ostẽdit pterea pulcherrima quædã poemata:q̃ uersu i duodeci a se lucubrata epistolas tãtã præ se laudẽ atq; gloriã de te ferũt:ut unicus nr̃æ tẽpestatis sis priceps iudicãdus:quẽ oẽs docti uiri atq; eloquẽtes oi obseruãtia uenerationeq; psequãt. Itaq; tũ uiuæ unius huius hois uocis locupletissimo testimõio:tũ duo decim iis suauissimis luculẽtissimisq; epistolis tãtus cumulus ad pristinũ meũ erga te amorẽ accessit: ut te uno cogitãti mihi aliud hoc tpe nihil sit neq; optatius:nec dulcius. Pergeigit:ut facis priceps pstãtissime:& incli tũ nomẽ tuũ imortalitati cõmẽda.id qd alia re nulla facilius assequeris:q̃ si te in dies magis atq; magis ꝓba tissimis oratoribus & poetis amãdũ celebrãdũq; pstiteris. Vale. Ex mediolano. vii. idus maias. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Thomæ frãco philosopho medicoq;. S. D.

FAcerẽ nõ tibi mõ:ut mea fert opinio:sed etiã xp̃ianissimo regi Carolo iniuriã:nisi tibi eos quoti die cõmẽdarẽ:quos dignos cẽseã studio bẽiuolẽtiaq; tua. Quid eni ẽ:quo q̃sq̃ magis ꝓxie acce dat ad deũ:cõmiseratiõe ac beneficẽtia: Alienæ certe calamitates & ærũnæ satis debẽt nos admo nere:q̃ sint res hũanæ fragiles:& caducæ & nõ minus metuẽdæ:q̃ expetẽdæ oibus. Quare qd no bis q̃at aliq̃do accidere:nisi in iis cõmiserescamus:qbus idigne acciderit:in nos metipsos simus iniurii. itaq; nolim mireris:si tibi quotidie cõmẽdo cõstãtinopolitanos ciues:q nobilissima patria atq; fortunis & bonis oibus orbati miserabiliter seruiũt apud ipsos turcos. Tuũ ãt ẽ his q̃tũ facultas tua dignitasq; patit̃ benefacere. Nihil.n.te cogo:sed aut hortor:aut moneo. Nũc aũt maxie oium sim accusandus:ubi tibi minus cõmẽ daro diligẽter clarissimũ philosophũ:& eũdẽ uirũ eloquẽtissimũ:atq; omni disciplinarũ genere præstãtiæq; pollentẽ Ioannẽ argyropulũ:q tibi meas hasce reddidit lras. Est enim ẽt ipse non mediocris ps luctuosissimi illius naufragii:qsio ipium illud oriẽtale obrutũ pœnitus absuptũq; est. Quare cũ adhuc in plæriscq; suis la chrymabilẽ seruitutẽ agat apud barbarã illã imanẽq; nationẽ:tuæ uel humanitatis:uel officii eẽ arbitror: ut qbuscũq; in rebus poteris te in hũc talẽ ac tãtũ uirũ & piũ pstes & pbenignũ. Nã hoc uno nemo ẽ in uniuer so græcor̃ genere neq; doctior:nec saplẽtior. Quãobrẽ qcgd in hũc officii beneficiiq; contuleris:in meipm collatũ existimabo. Et hac de re satis. Proximis dieb⁹ Ioanes Marius filius dedit ex Taurino ad me lras per humanas a pstantissimo frãciæ cancellario Guliemo Iuuenale ursino:abs te aũt nullas:Q uo factũ est:ut nõ me cœperit mediocris admiratio:Q uod nihil ad ea respõderis:q̃ antea lris plur bus ad te scripserã de aduẽ tu meo: At ne cãm qdẽ intelligo:qd ad uos ierit filius Ioanes marius. Nã neq; est a me missus:neq; is cã; ul lam hac de re ad me scripsit. Tamen utrunq; res habet:breui te uisam. Id quod factum iam esset: si mihi per meum hunc principem licuisset. Vale. ex Mediolano. xv. Cal. Iunias. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Facino forobronũciano. S. D.

QVod postea q̃ asparagos ad me dederas:nihil ad te scripserim; aliud quid putas fuisse in causa q̃ ex pectasse me:ut quod lautissime cœperas:secundares? Id quoniam iam plane animaduerto ne quaq̃ abs te factum iri. cogitaui excitandum te esse:ut si uel hac uia munificentior reddi posses. Sed interea loci maiorẽ in modum a te peto:ut spartiani ac reliquor̃ scriptor̃:quos istic esse au dio:ultas imperatorias mihi oino excribi cures. Vale. ex Mediolano. x. Cal. Iunias. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Donato Actiolo. S. D.

IOannẽ argyropulũ quẽ mihi diligẽtissime cõmẽdaras:& uidi libẽtissime & uirũ doctrina:& eloquẽtia singulari:& reb⁹ oibus qbus potui:tũ publicæ:tũ priuatim pro dignitate sum q̃ accuratissime ꝓsecutus. Is a principe nro phumaniter pbenigneq; tractatus:trãsiuit ad transalpinos reditu rus ad uos ad cõstitutũ tps. Te uero & reliquã florẽtinã iuuẽturẽ nõ possũ nõ laudare qd talẽ tãtũq; & oratorẽ:& philosophũ græca uobis instituẽdis disciplina ꝓfecerit̃. Nã sentio neminẽ iter græcos hoc uno uiro omni disciplina pstãtiorẽ. Quod eo pluris faciẽdũ existimo:qd latinã ẽt eloquẽtiã ppulchre callet. Incũbite igit:ut cœpistis:ut q̃doq; dẽ huiusmodi doctorẽ adepti esitis:qd ingeniũ natura hẽtis acerrimũ: id,studio quoq; diligentiaq; uestra indies magis magisq; augescat:atq; exornet. Vale. Et Bartholomeũ scalã uelim moneas uerbis meis:mihi iam opus esse uitreis oculis:quare si neq; parcior ac ditior factus est cu tet hos ad me dare. Ex Mediolano pridie Cal. Iunias. Mcccclvi.

¶ Franciscus philelphus Petro Thomasio philopho ac medico. S. D.

